

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Cursus logicus recognitus, academicis et scholasticis
exercitiis accommodatus, et per tabellas, varias
quaestiones atque regulas dispositus & emendatior nunc
tertia vice redditus**

Rudrauf, Kilian

Giessae Hassorum, 1681

[urn:nbn:de:bsz:31-32366](#)

Gym

2868

Si aliis ad abundantiam fidem inducit ratiōes & cogentes, cedit in irrationem
creantur. qdā huiusmodi ratiōes inveniātur, et pō eas credamus. Thom. par. I. Summa
Plus virium & in una forma solidas, demonstratioē, quoniam in sexcentis probabilitibꝫ argumentatio
nibꝫ. Iac. Averroës in Epistola ad Wulfis regum p. 403. subrūta tractat̄ de Prudentia. S. G.
Famula eis philosophia, o. Dīa; ministris, o. magistris; prouidit et p̄ficit, a p̄ficiā
minime obfit.

Licē nobis philosophandū, & libero qdē, et exposito iudicio, at d. Licentiose. Berling.
Prof. in Acad. 1655. utice, in Dic. 1656.

Artem dialecticā
Principi.

Generalia ingeniorū
lo aut raro a
in Disputationibꝫ Pasto
q. sūmū adyssari
nostri vineat.

Pastor fugiat oēs

Neḡ p̄dēat ip̄t̄, si ō p̄t̄ vñ objectionū natos solvere. idem lib. cit. p. 174.

Non adeo iniquus fuit Plato, q. 30. denū annos natos ad dialecticas argumentatio
nes accedere voluit, ut evitetur miserabilis eventus p̄te, quo primi ad dispe
rendū ita accipiant, ut venia et misericordia op̄is habeant audientium. Quil.
Mechov. Hermath. tract. 3. cap. 5. citante Desiderio Philomela de Imendan
da juventutis institutione p. 64.

Ad Dialecticam p̄vestigandam & arte adolescentes dimittores puto, qm̄ cum XVII.
annū sūnt egeſi. Quil. Mechoviūs, Hermath. tract. 3. c. 5. citante Desid.
Philom. lib. cit. p. 79.

Plato Autor ē in extenso Septimii de Republ. ne Adolescentes attingant differen
tias & distinctiones. Neminem namq. fugit, qm̄ adolescentiū, q. priūm degūstant
disputationes, his ip̄sī veluti ludoq; abitāt, et ita p̄petuū adysandi grāt;
et qm̄, dum imitant̄ hoīes doctissimorū, q. Convincunt veris ratiōibꝫ falsarū opinioniū
defensores, ip̄sī ex alius reprehendendis voluptatem capiant, et in hoc inter
ti sint, velut catuli, ut op̄iūm quēnes adoriant et nordeant. Hac ratiō
aut fieri, ut q̄ modo p̄ ratiō habuerint, iterū p̄ falsi abiciant, neḡ in
illa s. sententia s. opinione sibi p̄fent. Casel. Lind. lib. ciante

Desid. Philom. lib. cit. p. 182
Philosopho definit ab Ap̄stolo 1. Cor 1. 20. qd̄ sit σογγετός το̄ ξένος το̄ φίλος. Dispo
nitor seculi huius. i.e. aīal dispiſat̄

E X
BIBLIOTHECA
ILLUSTRIS
CAROLI HESYCHEI.

EXVAD

edavit terebrarū

sciār. sed hanc ſeho
- Dijulioſi p. 930.

item, imitat̄ Socraten.
ca: Non tam grāt, uter
ore ſeo pag. 105.

nris ſubtileſ ūe videant

Disputatōes tyronum ē ming mihi ridicula sūt, qm̄ insuicta acies grānum et
pygmaorū, de quā Poēta fabulant: Ac male novitūs cōfūlunt, q̄ eos in
acie Disputatiōnē collocant, qf̄ egregia fauina designatiōres, q̄ nec clupe,
ūm tenere, nec hastam vibrare, ac ne pedib⁹ qđem firmiter cōsistere va,
lent. [asci. Nēos K̄ T̄p̄odōdōx̄. cōlante Dafid. Philomīsa p. 187.]

Olim Conscientia regnabat, hodie nil nisi Entia. Taubmannus exp̄legat
off̄ libro tiff̄ zw̄rinner, q̄ in dōm̄ rōstis seculis regirat fātū Consci-
entia, in dōm̄ andr̄ Scientia, u: in dōm̄ loct̄s zōr̄s rōstis p̄f̄
entia propter h̄m. Taubmannian. p. 150.

Judiciū Anonymi de Metaphysica: Die Scholastif̄e Doct̄ff̄ Graudinii: Is
rechts saget, die Metaphysic ist doct̄f̄ G. A. Stroff, q̄ in dōm̄ die Scholastif̄e inuit
aber dōct̄f̄, u: Cyp̄of̄ in rōm̄ Raym̄on Belli locis D̄calon, die in grossi
genauis magis, etiam man̄ Savinio rōf̄p̄t, Savinio abeo ob tub
forbit s̄t. ita Aut. Anonymus Libelli: die R̄m̄st h̄ngt, bald i: Stroff
zolof̄d zu rōstis p̄av. 158.

Aliud Judiciū de Metaphysica: Die alios Metaphysicos simili sententia
fūr̄statis, u: sit in rōm̄ ḡp̄f̄p̄t, s̄c̄m̄. Ios̄m̄d̄ P̄f̄d̄m̄d̄ Ios̄m̄d̄
z̄p̄liens. Trall. Rom̄e Bibliothec. in 45. vñcl̄ p. 439.
Judiciū jac. Fried. Reimannni Histor. Liter. Tom. 1. sect. 2. q̄k. 52. p. 174. de
Metaphysica hoc ē: Die Metaphysica sat in dōm̄ Republ. Literar. vñcl̄ 1641
Nützen gestiftet, als die artes p̄f̄giosa v.g. Chironomia etc. in dōm̄ Republica
civili.

Schuppig in s̄c̄m̄ vñtr̄viss̄t. Vñdōnt. p. 238. Ziefel die Metaphysic mit folgenden
Sugest̄f̄s vñdt dīns: Et p̄f̄m̄t: q̄ dīs Metaphysica regina illa sc̄ic̄ar, ec̄is die Ph̄i-
losophie auf Univerſitatis vñdōn, ip̄o Doct̄o n̄: s̄c̄m̄ dōm̄ Cōnt̄f̄f̄o Univerſitatis in
Metaphysic grossem Fabr̄ dām i: t̄ Lüḡn. u: ec̄o dōm̄, rōstis in Tūp̄f̄f̄.
foolânum vñll, u: o. Diez abnigia amb̄et, u: ip̄o ḡf̄f̄m̄s Br̄ingot, gleichwie
der Rom̄igia auf dām Doct̄o Arribia, alß s̄c̄m̄ dām ec̄o dām dōm̄ Salmo Br̄ingot,
adelfor vñdōn dōm̄ dām Doct̄o in Libr̄on vñ dām J̄so, Daß d̄r
adelfor adelfot. a dām Hannibal d̄lēv̄f̄t n̄: Lexington trahet z̄t Carthago die
Metaphysica vñ golowet fūtto, so fūtten die Rom̄e i: die Feige golobtene; allim
vñ dām vñ d̄lēv̄f̄t, u: fūtto b̄z̄ dām M. Belwino Gratio die Metaphysica
golowet, u: dōm̄ Disputationem vñ dōm̄ fūf̄f̄m̄s Br̄ingot: utrum ec̄ ec̄ distin
guat ab ec̄ ec̄ exst̄ēa? q̄ dōm̄ vñdōn de Religib⁹ et p̄dicamentor⁹ distinctionib⁹,

et utrum deo in firmamento sit in aliquo fidicamento? Dicendum est vero deo deum
gebunt, ut ab eis p[ro]p[ri]o anno solis dicitur in Eo[ne], id dic d[omi]n[u]s n[ost]r[u]s p[ro]p[ri]o d[omi]ni
n[ost]ri p[er]petuus. Hannibal ante portas! Pompejus erit in minore fratre p[ro]p[ri]o p[er]petuus p[ro]p[ri]o p[er]petuo
peius gaudens et sonus regi, rursum et cetero. Zet. Colloq. lxxv. Item m. 2. 2. Wines
gadson, u[er]o: d[omi]n[u]s metaphysic[us] est factus. Ceterum or[atione] et debet n[on] sibi
intercessio in notiones primas et ritus, u[er]o: d[omi]n[u]s in aucto et domi p[re]fato. Cesar
probiat in p[ar]titione. Iustini Pauli d[omi]n[u]s metaphysic[us] est factus. et d[omi]n[u]s
rebel[us] et p[re]dicti p[ro]p[ri]o spiritu Cristo q[ui] est factus. Unde d[omi]n[u]s mit alto rebello
gold et: Dicendum est quod etiam habentur factus. d[omi]n[u]s metaphysic[us] et d[omi]n[u]s regina
Grecia fuit habilius et quoque dabito gaudiu[m] Salve metaphysic[us] regina pacem!
Ies[us] Christus d[omi]n[u]s in desiderium, et hoc auctor D[omi]n[u]s filius factus. Et. Reimann.
Hist. Lit. libr. 2. sect. 3. p[er] 44. pag. 103. 104. q[ui] paulo post p[er] 106. addit:
dab est genitiv, d[omi]n[u]s genitiv Gustav Adolph in Desiderio un Edict promulgavit,
in welchem er d[omi]n[u]s d[omi]n[u]s Metaphysic[us] et docens obtemperare, fons eius
rigoribus bofessor, d[omi]n[u]s alle exortatio. d[omi]n[u]s Metaphysic[us] Desiderio, d[omi]n[u]s man
in suis actiones d[omi]n[u]s fidelium, et orationes et cetero, folios q[ui] ipsorum regi,
s[ic] mo[ri]st[ur]e a[cc]idit iuris, s[ic] ibidem p[ro]st[er]no sic solitus.
Christ. Thomasius in introd. in Phil-Autlicam Cap. XI. §. 32. q[ui] p[ro]p[ri]o metaphysic[us] regi
na et in illas disciplinas, q[ui] circa falsa et veritatis p[ro]p[ri]o occupata. q[ui] in p[ro]p[ri]o Mo[ri]st
urb. p[ro]p[ri]o Part. 2. p[er] 64. d[omi]n[u]s Subtilis distinctiones Metaphysic[us] etiam
d[omi]n[u]s Thomasius Anglus, u[er]o: d[omi]n[u]s V[ir]gil[ius], Virgil[ius] a[cc]i[pi]t d[omi]n[u]s Virgil[ius]
et glorificat d[omi]n[u]s Virgil[ius] genitiv. d[omi]n[u]s Virgil[ius] Virgil[ius], u[er]o: d[omi]n[u]s d[omi]n[u]s
frangere vell, est or[atione] factus, amittit d[omi]n[u]s deo amissione. also venire
auf ein genitiv Metaphysic[us] Nomino[ri]us minor Metaphysic[us] factus distinctionem gau
afft d[omi]n[u]s Virgil[ius], etiam et eius q[ui] p[ro]p[ri]o opposentes fabro. Reimann.
Cor[pus] Lit. libr. 2. sect. 3. p[er] 110. id. pag. 115. referit de p[ro]p[ri]o Langio: te fabro
scimus Conspectu de Medicina. mentis, et bello et 1703. en d[omi]n[u]s Lib[er]t[er]y gaudens auf
zugleich eine inscription loco coronidis mit angefangen, d[omi]n[u]m] et d[omi]n[u]s factus et
Metaphysic[us] p[er] nervens, artig u[er]o: amissio[n]es. amissione[is] factus, d[omi]n[u]s p[er] p[ro]p[ri]o ouf[er]re
Cor[pus] viri Delicatiorem Satyram d[omi]n[u]s Virgil[ius] aut[em] q[ui] factus est fabro. u[er]o: in p[ro]p[ri]o
Medicina Mantis factus Part. 2. c. 8. §. 3. p[er] 720. fabro et amissione factus:
Sublimem illam metaphysicam, cerebrosum illam Ontologian cunem habere locum
et usum in disciplinas philosophicas, quem totum tremulum in instrumenta
medica. id. Reimann. p[er] 116. de p[ro]p[ri]o addit hoc: Vita theologiae et Mors che
laphysic[us] et vice versa. id. d[omi]n[u]s metaphysic[us] Sara im Desiderio d[omi]n[u]s Hagar am
fungi factus. Regulus Aeneas, et hoc u[er]o. et d[omi]n[u]s Hagar factus. d[omi]n[u]s Hagar adhuc de
factu u[er]o auctor d[omi]n[u]s Virgil[ius] factus istac u[er]o: d[omi]n[u]s testamenti d[omi]n[u]s p[ro]p[ri]o regis et p[ro]p[ri]o
et factus d[omi]n[u]s Hagar factus. et factus istac d[omi]n[u]s Sara etas, u[er]o ista
et factus d[omi]n[u]s Hagar factus. et factus istac d[omi]n[u]s Sara etas, u[er]o ista
et factus d[omi]n[u]s Hagar factus. et factus istac d[omi]n[u]s Sara etas, u[er]o ista

CURSUS
LOGICUS
RECOGNITUS,
ACADEMICIS
ET
SCHOLASTICIS
EXERCITIIS ACCOMMODATUS,
ET
PER TABELLAS.

Varias Quæstiones atque Regulas dispositus & emendatior
nunc tertia vice redditus.

A
KILIANO RUDRAUFFIO,
Olim Eth. post Log. & Met. nunc THEOLOGIA
PROF. GIESSEN.



GIESSÆ HASSORUM;

Sumptibus ALBERTI OTTONIS FABRI,
Typis Academicis KARGERIANIS,

Anno MDC LXXXI.

Recke Poëta: Qui nescit Logique, effugo eod latrone cyclops.

Necessariam Logicae p̄fissum Galenius p̄bet hoc argumento: Aut qdvis ex
vix reale inferat, aut non. Si illud ē, reale auctor. Cogniti sunt ab aliis lo-
vi sunt nigrī & tristrials insanit. Sin a. hoc seq̄, dari artē, qd
monstrando qd ex qd reale inferat, sc̄i, qd idem ē, dari Logicam.

Grammatica, Logica, Rhetorica, solum vestibula ac foræ scientiarum
sunt, & a. scientia. Henr. Cornel. Agrippa, de Vanitate Scientiarum cap. 19

Aristoteles cum sua Logica hodie ferè p̄ atali irratiāli habet. Vid. aristoteles
Gretschler Von Dilecta Saecūlo part. 2. c. 15. p. 267.

ONIUA RCIIA OMNIA

OMNIA IN UNO LIBRO DE SCIENTIA

PROLOGUS

ONIUA RCIIA OMNIA

ONIUA RCIIA OMNIA

ONIUA RCIIA OMNIA

Z V

TABELLA PRIMA.

DE

NATURA LOGICES.

1. Επιφελογία, dicitur δὲ τὸ λόγος à ratione, quam perficit & instruit. Licet enim apud Aristotelem λόγος notet etiam definitionem, argumentationem, demonstrationem, tamen nunc praecepit rationens significat & quidem euadatur, non praecepit φυσικόν.

2. Ομηρικά, quæ ferè nulla est, quod enim Græcis etiam Grammatica & Rhetorica dicta fuere Logicæ, quia circa orationem occupatae sunt, expiravit.

I. Nomen
ubi

3. Συνωμη-
πία, Tituli
equipollē-
tes sunt
duplices,

1. Propriis, naturam disciplinæ hujus exprimentes, ut Dialectica, δὲ τὸ Διάλεκτος à dissertatio, non ut hic Syllogistum solum Dialeticum notet, sed totam disciplinam in latiori significatu. 2. Disciplina disputationis ex Aug. 2. Doctr. Christ. c. 30. 31. vel rationalis, docens ratione recte uti. 3. Instrumentum instrumentorum. 4. Modus sciendi, non formaliter sed efficienter seu causaliter loquendo, quia tradit modos sciendi, argumentationem, definitionem & divisionem.

2. Honorarii, dignitatē referentes, ut sunt ars artium, ὅπρατος ὅπρα
scientia scientiarum, apex disciplinarum, janua scientiarum, Filii scien-
tarum, oculus mentis &c. Itemque norma & peritia adnotarum
tia disputandi, &c. cognoscendi, medicina mentis.

II. Defi-
nitio.

Logica est habitus animi instrumentalis, veritatem cuiusq; rei bene Pharos in bel-
nificio syllogismi inquirendi. Ubi Genus est habitus instru-
mentalilis: Differentia desumitur ab Objecto & Fine: lectus, jngeri;
lma.

1. Informationis, ut sunt operationes mentis nostræ perficiendas
& recte informandas.

2. Considerationis, ut sunt notiones secundæ Logicæ, sive simpli-
ces, ut praedicabilia, sive complexæ, ut enunciatio & syllogismus.

3. Operationis sunt omne ens, vel notiones primæ; & res ipsæ, quibus ad eruendam veritatem notiones secundæ Logicæ impo-
nuntur.

III. Obje-
ctum, cir-
ca quod
versatur,
est tri-
plex

Est autem notio prima, conceptus rel primus & immediatus, quando concipitur res ut in se & sua natura est, ut homo conceptus
panquam animal rationale.

*Notio secunda est conceptus mediatus primo isti superadditus, unde & secundus vocatur, seu conceptus conceptus, ubi res aliter concipitur, ac se in rerum natura habet, ut sunt vocabula technica seu termini artis tantum à mente nostra formati & excoigitati. v.g. *Subjectum, predicatum, species, genus, &c.**

IV. *Finis*, qui hic intenditur & cuius gratia traditur, est duplex. { *Externus*, qui extra Logicā obtinetur, est orationis veritas. & Ad Vid. Beckmanni justid. Log. Cap. 1. Lib. 1. *Internus*, qui in Logica, tanquam ultimum opus, producitur & obtinetur, est *Syllogismus*. P. 6. S. 8.

V. *Divisio*, quā dividitur in partem { *Communem seu formalem*, quae agit de iis, quae spectant formam Syllogismi in genere, complectitur 1. prædicabilia & prædicamenta, 2. Enunciationem, 3. Syllogismum formalem, seu formaliter consideratum, quibus utiliter præmittitur doctrina de terminis. &

{ *Propriam seu materialem*, quae agit de materia Syllogismi, i.e. ejus propositionum qualitate & terminorum ad se invicem habitudine; complectitur syllogismum *Apodicticum & Topicum*, quibus opponitur *Sophisticus*.

Q U E S T I O N E S .

Q. 1. *An hic de proemialibus, quae de genere, objecto, &c. sit operose disputandum?* p. Disputare, Logicam esse scientiam, eamq; practicam, theoreticā, praticotheoreticam; non scientiam sed artem; non artem sed facultatem; non facultatem sed instrumentum. Nec non, versari circa operationes mentis, circa voces, circa ens rationis, circa omne ens &c. Res non est tantum utilitatis, quamvis difficultatis. Nos ita otiosè contendere non amamus, &c. si quis has lites malle profanis vocum inanitatibus, 2. Tim. II. 16. stultis & otiosis quæstionibus, verf. 23. Tit. III. 9. annumerare, quam breves atque pretiosos vitæ suæ dies hisce perdere rixis, adeoque rem ipsam sine tali difficultate, qua vel in vestibulo tyro deterreti posset, aggredi, item ei movere non possumus. Sin secus, & ut de iis ipsis, vel omnibus, vel saltem neglectis curiosis sterilitatibus, conf. Calov. Method. diff. p. m. 399. de quibusdam necessariis, conferre, haud grave est, promptitudinem offerentibus, & statim hic ab initio quasdam q. q. notabiliores ramen, proponentibus. Præmissis autem hisce, 1. quod aliter agendum cum pueris & tyronibus, aliter cum Philosophis; 2. aliter sentiendum de controversiis, quarum decisio ex sana pœnæt vocum declaratione & acceptione, aliter, ubi reales & totales sunt opinionum dissensiones, vid. Horn. Inst. Log. p. 8. Eustach. à S. P. p. 2. send. curs. p. 10. Et 3. aliter, denua vel altera quæstio ne in particulari, aliter de singulis & omnibus. 4. Aliter de autoritate, aliter de ipsa. 5. Aliter de curiositate, aliter de studiositate &c. Laudamus id, quod Dn. Stahlus habet in proemio Inst. Metaph. Ejusdem intentionis est præfacecula Dom. Barresii. Schol. Comm. in Thom. Sed pergitus,

Q. 2. dñ

Q. 2. An Logica sit scientia necessaria? **A.** Questio est de Logica artificiali, scil. at ea utilis & scitu necessaria sit, non solum ad disputandum, sed & ipsas superiores scientias, vel eam methodo, quam hodie tradi solent, perspicue tra dendas, vel utiliter addiscendas. Quod affirmamus, quia, cum disputandum est cum adversariis, ne unico quidem libro Logico carere possumus, subinde occurunt ex primo libro termini Logici, genus species synonymum, paronymum, &c. item ex doctr. term. terminus distributus & non distributus, abstractus, concretus, categorematicus, syncateg. denominans & denominatus &c. Ex secundo, subjectum, praedicatum, enunciatio universalis, negans, infinita, modalis, exponibilis, nec non affectiones enunciationum &c. Ex tertio, figurae & modi, syllogismorum variæ species, atque modus argumenta struendi & delitiuendi, unde & peritia vocatur disputandi, sed quis unquam disputare poterit sine peritia disputandi, quæ est sola Logica? Quis itidem sine horum omnium vera notitia in scientiis feliciter progredi potest? Confer. analysis Corn. Martini Processus disputandi Hornei. Calovii method. Nec non quatuor d. sp. Ebetii speciales de util. & Necess. Log. Nostra disput. 1. Concl. Log. præfertim autem Exercit. prim. delibat. seu discursus nostri. Addantur, si quis pluribus delebetur. Log. Mexic. p. 2. 7. seqq. Masius 67. Conimb. 6; Eustach. 11. Arriaga 56. Tolet. 6. L. 7. in 78. Caram. Met. 29. Oviedo 71. Derod. 67. Ifend. Eff. 106. Curs. 12. Log. 20. Et qui sunt alii; quanquam sub diversis explicationibus & sententiis, nunc ob pagellarum angustiam non adducend. s. Pertinet huc, quod Theologæ Studentis relinquunt exercitissimus & judiciofissimus Augustinus l.c. Diffutatio- nis Disciplina ad omnia genera questionum, que in literis sanctis sunt penetranda & dissolvenda, plurimum valeat; amen cavenda est libidiorisandi & puerilis quadam ostentatio decipiendi adversariorum.

Q. 3. An Logica sit pars Philosophie? **A.** D. Cujus enim Facultatis erunt Professores Logice, nisi ad Philosophiam pertineat disciplina rationalis? Et quid commisit misera Logica, quod è censu & consortio disciplinarum Philosophicarum sit ejicienda? Tota questio est sita in diversa vocis Philosophia acceptione, sicut & nos inter nominales hanc referimus. Exerc. 14. delibat. Log. 3. 17. vid. Mas. 21. Scheibl. 55. Conimb. 38. Derod. 56.

Q. 4. An Logica sit scientia? **N.** Tradit modum sciendi & intervicit scientiis, non ipsa est scientia, strictè & propriè accepta, conditioq; aliis habitibus, in primis propter defensionem scientifici objecti, quod est ens reale & finis, adde & affectionum demonstrabilium.

Q. 5. An Logica genus sit ars? **N.** Artem tribus modis potissimum accipiunt. 1. la- tissime, vel, pro quavis discipline, vel, pro collectione præceptorum, vel, pro principio tum effectuonis, tum actionis. 2. Latè, pro principio effectuonis, sed absque opere externo palpabili, ubi relinquunt actionem, ast non opus exte- num. 3. Propriè, pro habitu cum rectatione, ne effictivo. Ubi efficie est opus exterruum in certa materia per instrumenta corporea producere. Nullo vero

ex dictis modo, sive verum genus est Logices. De prima acceptione non est sermo. In secunda & tertia, requiritur certum seu determinatum objectum vel subjectum atque instrumenta corporea, quae duo in Logica non habentur.

Q. 6. An sit habitus animi instrumentalis? *A.* Quia tota est propter alias disciplinas, quibus inservit, ut per se expetenda non sit, quod tamen ab aliis, sed sine justa ratione, assertur, quasi sc. Dialecticæ, adeoque pars illa specialis, sit propter se & non propter alia.

Q. 7. An notiones secunda sint entia realia? *N.* Objectivæ enim tantum esse habent in mente nostra & termini sunt artis rebus ipsis, quibus contradistinguuntur, explicandis & tractandis à mente nostra efficiuntur, entia ergo realia vel res ipsæ, pro quibus hodie recentissimi maximè studant, sed frustrâ, esse dicivé non possunt.

Q. 8. Quis finis Logiees? *R.* Syllogismus & orationis veritas (ut in præceptis) vel Syllogismi ope veritatem invenire: In hunc finem omnes operationes Logicæ instituantur, hucque omnia referuntur. Cum qua sententia facile componi possunt aliorum, distinguendo inter finem ad æquatum & inadæquatum, ultimum & intermedium, remotum & propinquum &c. Nam exacta & evidens veritatis cognitio, nec non opinio, sunt fines inadæquati, illa analytices, hæc

Dialectices, Veritas orationis autem ut sic, est adæquatus finis externus.
Cartesius negat Logicæ etiā utilem ad inventiendam rititudinem, hinc Giphert de Nethe. p. 14. scribit:
Animadicti, quantum ad Logican, Syllogismos, sicutus logica, fieri via ex præcepta, & tam pœc ad ea q̄ ignoramus, in vestiganda, qm ad ea q̄ iam feng. alii exponenda cit. d. Henr. Moy, in libello, qui infra, pax Philosophorum, p. 96. Vid. infra, q̄ uolatib. in postremis paginis.

1. *Logica commune est instrumentum, Vestibulum & clavis omnis scientia.* Omnis bus scientiis sua vendit opera, suaque porrigit instrumenta.

2. *Logica omnium scientiarum est prima.* Non dignitate aut inventione, sed ordine doctrinæ & processione.

3. *Logica est omnia & nihil.* Omnia, non principaliter & actualiter, sed potentialiter. *Nihil,* realiter.

4. *Logica patet latissime.* Quousque ratio penetrat, eousque Logica, quæ ubique & in omni materia juvat orationis veritatem.

5. *Logica est vetus & nova.* *Vetus,* ratione rei, vel alii, quoad prædicamenta & libres de interpretatione. *Nova* ratione modi, vel quoad reliqua.

6. *Logica eadem est apud omnes.* Logica naturalis, non artificialis. Vel artificialis quoad veritatem, non opinionum fertilitatem.

7. *Logica in præceptis mortua est.* Nisi accedat usus, ne calssâ quidem nuce digna est. Unde dici solet, *Purus* (in præceptis extra usum) *Logicus, est purus asinus.*

8. *Logica est modus sciendi.* Non ipsa res, sed modos res tractandi docet. Est ergo modus effectivè, non formaliter.

CLASS.

CLASS. TABELL. SECUNDA.

LIB. I.

DE
TERMINIS.

1. Signifi- caio, qua- triplex.	1. Accipitur latissime & impropriè, pro quacunq; voce etiam non si- gnificante, sic & <i>blytis</i> , <i>barbara</i> &c. sunt termini.
	2. Latè & propriè pro termino significante, sic <i>syncategorematici</i> & <i>obliqui</i> sunt termini.
	3. Strictè & propriissime, qui singulariter huc intendit & terminus propriissimè <i>Logicus</i> dicitur.
2. Defini-	Terminus est in quem resolvitur propositio, ut sunt <i>subjectum</i> <i>et predicatum</i> .
	Dicuntur alias <i>extrema propositionis</i> .
	Categorematicus, qui per se solitariè acceptus aliquid de- terminatè significat, ut <i>Deus</i> , <i>justitia</i> .
	Syncategorematicus, qui ita non significat, sed alteri jun- ctus orationis sensum adjuvat, ut <i>justus</i> , <i>justè</i> , vel
3. Divisio. qua varia est, potissimum au- tem.	Mixtas, qui partim significat, partim consignificat, ut <i>ne- mo</i> , id est nullus homo, <i>nihil</i> , i. e. nulla res.
	Similiter aliis <i>rectus</i> dicitur ut nominativus in nomine & præsens indicativi in verbo, aliis <i>obliquus</i> , ut sunt re- liqua nomina & verba.
	Incomplexus sive simplex, cuius significatio est una, ut <i>Deus</i> , <i>Angelus</i> , <i>homo</i> , vel
	Complexus sive compostus, cuius significatio propter com- plexionem non est una, sed multa, ut <i>Deus providus</i> , <i>Angelus assistens</i> .
	Finitus, qui aliquid certum sine expressa negatione signi- ficat ut <i>Deus</i> , <i>Angelus</i> , <i>cæcus</i> , vel
	Infinitus, qui finitum terminum per expressam negatio- nem tollit, ut <i>non Deus</i> , <i>non Angelus</i> , <i>non cæcus</i> ,
	Singularis, qui ratione rei significatiæ uni convenit, ut <i>Deus</i> vel <i>essentia Dei</i> , <i>Petrus</i> &c., vel
4. est	Communis, qui pluribus convenit, ut plura sine in reper- terminum significata, ut <i>homo</i> , <i>animal</i> .

Vetus.

- Univocus, qui pluribus convenit in eadem significacione, ut *homo, lapis.*
vel
5. est { *Æquivocos*, qui pluribus tribuitur in diversa significacione, ut *canis, gallus.*
Hic est vel casa, ubi certa ratio ejusdem nominis dari non potest, ut *gallus, vel consilio*, ubi dari potest, ut *canis.*
6. est { *Adequatus*, qui æquè latè patens cum altero reciprocatur, ut *homo & rationale.*
vel
- Inadequatus*, qui non reciprocatur, ut *homo & animal, ens & Deus.*
7. est { *Distributus*, qui universaliter pro omnibus, quæ significare potest, accipiatur, ut *homo pro omnibus individuis suis.*
vel
- Non distributus*, qui accipitur pro aliquibus vel pro uno solum, ut *aliquis homo.*
8. est { *Abstractus*, qui solam formam significat, vel significandi modum habet simplicem, ut *Deitas, dulcedo.*
vel
- Concretus*, qui formam cum formato significat, ut *Deus, dulcis.*
9. est { *Absolutus*, qui per se simpliciter consideratur, ut *bestia.*
vel
- Comparatus*, qui cum alio comparatur, ut *bestia cum homine.*
Sive deinde affirmativè, uti *consentaneus*, v.g. *doctrina hominem,*
sive negativè alium respiciat, & *dissensans* dicitur, ut *lapis eundem hominem.*
10. est { *Absolutus*, qui absolutam & perfectam habet significationem, ut *omnia substantiva.* vel
- Connotativus*, qui alium terminum connotat, ut *completè & perfectè significet*, ut *sunt adjektiva.*
11. est { *Denominativus*, qui à priori denominatur, ut *justus à justitia, albus ab albedine.*
Denominans, qui est forma denominans, ut *justitia, albedo.* vel
- Denominatus*, qui est subjectum à forma denominatum, ut *paries albus ab albedine.*
- Denominatio* sit autem vel *intrinsecè*, quando forma est in ipso subjecto, ut *doctrina in homine*, vel *extrinsecè*, quando est extra subjectum, ut *paries visus* dicitur à *visione*, quæ est extra parietem.
12. est { *Transcendens*, qui prædicamenta transcendent, ut *unum, verum, bonum, ens, aliquid &c.*
vel
- Predicamentalis*, qui in uno prædicamento includitur, ut *homo, animal.*

Q. Q.

Q. 1. An copula sit terminus? N. Quia in eam non fit resolutio, ablata enim copula quod remanet, terminus est. Conf. Exerc. IV. Delib.

Q. 2. An comma sit terminus consignificatus? Propriè non potest dici terminus; ut constat. Saltem analogicè & latissimè acceptus pro quoque, quod in oratione habetur & adjuvat orationis sensum, afferitur juxta Caramuel Gramm. aud. p. 46. qui ad significationem commatis non negligendam producit hoc Exemplum: *Ad Jovis gloriam fiat statua auri sceptrum tenens.* Quod duplum sensum pro duplici commatis loco obtinet.

Q. 3. An adjectiva sint categorematici? Summulisti affirmantibus subscriptis Ovie- do p. 4. Neg. Mendoza p. 18. Arriaga dicit mixtos. p. 5. Nos disting. si adjectiva accipiuntur, ut aliis adjiciuntur vel apponuntur, v. g. Petrus est homo doctus. Neg. Sin pro forma absolute, absolute subjecti vel praedicati vicem usurpata, ut Petrus est doctus, ubi doctrina praedicatur de Petro, *Aff.*

Q. 4. An omnis terminus adeoque ipsum ens possit infinitari? Affirm. Ruvio, Stahlius, Ebelius, &c. alii plurimi Recentiores. Sed Caramuel p. 150 Poncius p. 4. &c. Non solum provocant ad Albertum, Avicen. Mendoz. Lalemandetum &c. sed & ad communem Logicorum sententiam, secundum quam ens infinitari negant. conf. Fr. d' Abr. 2. part. Log. tr. 1. p. 2. Lorinus ad l. de interpr. c. 2 p. 320. Nos affirmantium sequimur vela, quia rò ens est terminus positivus & Logicè finitus, cui si praefigatur negatio, exercetur termini infiniti delcriptio. Neque verum est, quod ex Aristotelis l. de interpret. præsupponunt, requiri in omni termino infinito, ut & de ente, & de non ente possit praedicari, adeoque in utroque inveniri.

Q. 5. An species monadica sol, luna &c. sint termini communes? A. Quia illis non repugnat multitudo, vel ex parte Dei plures soles creare potest, vel ex parte naturæ producibilis.

Q. 6. An Deus sit terminus singularis? A. Non enim plures possunt esse Dil, in quibus divina natura multiplicetur. Proinde naturam Deitatis evertit illa Socinianorum assertio, quæ Deum ita unum dicit, ut sunt species monadicæ. confer. Calov controv. Synops. super Aug. Conf. p. 71. d. IV. contra Smalcis & aliorum Deos multos, dependentem & independentem. contra Crellium l. de Deo &c. scrib. c. 7. p. III.

Q. 7. Anterminus univocus latius possit hic sumi, quam in antepredicamentis? A. Est autem triplex univoci acceptio; Hic tantum contradistinguitur equivoco & simul comprehendit analogia & paronyma, quæ generalis vel generalissima est acceptio. Specialis contradistinguitur equivoco & paronymo, adeoque ut in antepredicamentis sumitur, non excludit quidem analogia, ast excludit paronyma; specialissima excludit & paronyma & analogia.

Q. 8. An concreta principaliter significant formam, connotative autem subiectum? A. D. Sed non per principale significatum intelligi id, quod præprimis aut præ B. celiquis

reliquis distinctius exhibetur & attenditur. Adeoq; non id, quod in casu recte exhibetur, ut connocari dicatur id, quod exhibetur aut significatur in obliquo, sicut multi confundunt, principaliter significari & exhiberi in recto, itemq; connotari & significari in obliquo. Jam autem, ut exemplorum haber evidens expositione, concreta, præprimis adjectiva, de quibus etiam potissimum nunc agitur, prout absolute sonant & extra certam suppositionis intra orationem speciem, formam aut naturam semper principaliter notant, siquidem auditis concretis, ea per formas distinguuntur & distinctè concipiuntur, non persubjectum. Intra autem enunciationem dum prædicati vicem subeunt, habent rationem subjecti, qualem significationem illud admittat, juxta Regulam. Tale est prædicatum, quale permittitur esse à subjecto, vid. Exerc. IV. Delib. Logic. de hac Q.

Q. 9. An omne agens ab omni & quacunque actione denominetur agens? N. Denominatur ab actione quod est particulare & determinatum, specificationem actionis conferens, non universale, indifferens & indeterminatum, non Deus, sed ignis dicitur calefaciens, licet utrumque agens concurrat in calefaciendo, vid. Baron. Met. p. 156.

Q. 10. An, ubi in eodem subiecto occurruunt ejusdem denominationis utraq; forma, & externa & interna semper ab interna necessariò desumenda sit denominatio? N. Re. Etè Meiss. contra Bellar. part. 2. Phil. sib p. 509. Et ipse Caramuel Pontificius confitetur Log. Voc p. 160. hujus reg. veritatem: *Ubi forma ex irinseca sufficit, intrinseca ponenda non est.*

PORISMATA ET EFFATA.

1. Qui terminos ignorat miser est. Latinè & Logicè. Dicitur latinâ acceptione terminos ignorare, qui minus politicus, minus aulicus & versatus est. Logicè, qui communissima technologica & artis terminos ignorat.
2. Terminus est sine termino. Quoad generalissimam acceptiōem, ubi sine fine extendit & cuivis voci imponit.
3. Terminus mentalis propriè & essentialiter est terminus. Si neque scribi neque pronunciati, tamen semper concipi potest & intelligi, loco subjecti vel prædicati positus.
4. Terminus extra enunciationem latè & à vālōy wę terminus est. Cui termini definitio non nisi aptitudinaliter se sumta, convenient. Exactè & strictè illi sunt termini, in quos oratio, dum jam actu illos continet, resolvi potest.
5. Tantum syncategorematicus propriissimè terminus est. Qui absque alio addito potest esse subiectum vel prædicatum. Syncategorematicus non est strictè terminus Logicus.
6. Ex categorematici atque recti signo iudicanda est orationis quantitas.
7. A termino negativo ad privativum, non valeat illatio. Non sequitur: *Est non videns, Z. est cœcus. Est non rationalis E. est irrationalis* (privative) *privativus enim supponit subiectum capaz.*
8. Terminus idem nunc univocus, nunc aquivucus esse potest. Ita homo mox univoce, mox equivoco accipitur.
9. Omnis propositionis negativa prædicatum, est terminus distributus; affirmantis vero, terminus non distributus.
10. Qualis est terminus vel forma denominans, talis subiungatur denominatio. Externa vel interna &c.

CLASS.

CLASS. TABELL. TERTIA. LIB. I.
DE PRÆDICABILIBUS.

In genere nota da sunt	1. <i>Significatio.</i> Prædicabilia accipiuntur vel materialiter pro rebus, quas prædicari aptæ sunt, & sic in Metaphysicis nomine veniunt Universalia. Vel formaliter & secundò intentionaliter, & sic ad Logicā spectant.
	2. <i>Definitio.</i> Prædicabilia sunt notiones secundæ simplices, ostendentes, quomodo primæ vel res ipsæ de se invicem verè, propriè & naturaliter possint prædicari.
	3. <i>Divisio.</i> Sunt numero quinque, pro quintuplici diverso prædicandi modo: <i>Genus, Species, Differentia, Proprium & Accidens.</i>
	1. <i>Quid?</i> <i>Genus</i> est, quod de pluribus specie differentibus prædicatur in quid, ut <i>animal de homine & bestia.</i>
In spe cie	Summum, quod supra se non habet aliud genus ut <i>sunt decem predicamenta.</i> vel
I. Ge nus ubi	2. <i>Quotuplex?</i> Subalternum sive intermedium, quod supra se habet genus aliud, ut <i>animal, quod supra se habet corpus.</i> Est 1. vel <i>Propinquum, inter quod & speciem nullum genus aliud inter-</i> 2. <i>Vel jacet, ut animal respectu hominis.</i> vel <i>Remotum, inter quod & speciem aliud vel plura interjacent, ut</i> <i>corpus respectu hominis.</i>
II. Spe cies ubi TRIA nota	1. <i>Quid?</i> <i>Species</i> est id, quod de pluribus numerò tantum differentibus prædicatur in quid, ut <i>homo de Petro & Paulo.</i> <i>Subalterna, quæ infra se habet speciem aliam, ut animal.</i> Quod respectu inferiorum dicitur <i>genus, respectu superiорum species, subalternatum;</i> unde & nomen habet. Est idem cum genere <i>subalterno,</i> vel <i>Specialissima seu infima, quæ infra se non habet speciem aliam, ut homo.</i> 1. <i>Quid?</i> <i>Individualium</i> est, quod visuæ significationis de uno solo prædicatur.
	2. <i>Quotuplex?</i> 1. <i>Nomen proprium, ut Petrus.</i> Est 1. ratione applicationis 2. <i>Demonstrativum, ex nomine communi & pro nomine demonstrativo, ut hic homo.</i> quadru plex, 3. <i>Vagum ex voce communi & signo particulari.</i> Est 1. ratione 4. <i>Hypotheticum ubi ex certa hypothesi, vel καὶ οὐχι, vel ex descriptione, nomen commune accipitur pro uno. ut Filius Marie pro Christo, Propheta pro Esaiā, &c.</i> rerum duplex vel 5. <i>Substantiale, substantia singulatis, ut Petrus, vel Accidentale, singulare accidentis, ut haec albedo.</i>

		1. latè pro differentia communi, quā quid de alio differt accidente separabili, ut <i>homo doctus</i> ab <i>idocto</i> .
	1. Ambiguitas. Accipitur enim	2. strictè pro differentia propria, quā differunt accid. inseparabili vel proprio, ut <i>homo ab equo per capacitatem doctrinæ</i> .
III. Differencia, ubi TRIA		3. strictissimè pro diff. propriissima, quā specie quædam differunt, ut est hujus loci.
	2. Quidditas. Est id, quod de pluribus vel specie vel numero differentib. prædicatur in quale quid. <i>V. rationale de Peero, Paulo &c.</i>	<i>Constitutiva</i> , quæ constituit speciem, vel subalternam, quæ est genus, unde hæc genericæ, sicut <i>sentiens</i> vel <i>constituit animal</i> , vel proximè infimam, unde hæc specifica dicitur, sicut <i>rationale hominem</i> .
	3. Diversitas seu divisio, est	<i>Divisiva</i> quæ cum alia opposita dividit genus, ut <i>rationale & irrationale</i> dividunt animal.
IV. Proprium, ubi	1. Distinctio sex significatio ex Porphyrio est quadruplices,	1. Quod accedit vel convenit soli speciei, sed non omni ejus individuo, ut <i>doctum vel Medicum esse homini</i> . 2. Quod accedit vel convenit omnis individuo, sed non soli speciei, ut <i>bipedem esse homini</i> . 3. Quod accedit vel convenit <i>Omnī & solō</i> , sed non semper, ut <i>homini canescere</i> . 4. Quod <i>omni, soli & semper</i> accedit vel inest, quod est hujus loci.
	2. Definitio, est id, quod de pluribus specie vel numero differentibus prædicatur in quale necessariò & reciprocè, ut <i>rissibile vel capax discipline de Petro &c.</i>	1. vel <i>simplex</i> , quod simpliciter, ut <i>rissibile cum homine</i> . Vel <i>conjugatum</i> , quod sub disjunctione cum subiecto suo reciprocatur, ut <i>par & impar cum numero</i> . 2. vel <i>genericum</i> vel <i>specificum</i> , illud generi, ut <i>mortale dicitur proprium animalis</i> , <i>Hoc speciei convenit</i> . <i>Accid.</i> est, quod de pluribus prædicatur in quale contingenter & non reciprocè, ut <i>albus de homine &c.</i>
	3. Divisio, est	<i>Separabile</i> , quod naturaliter à subiecto re ipsa separari potest, ut <i>albedo à pariete</i> . vel <i>Inseparabile</i> , quod difficulter vel plane non separari potest, ut <i>albedo à cygno</i> . Potest etiam aliud <i>exire in secum</i> , aliud <i>intrinsecum</i> dici, prout in doctr. Termin. formam vel terminum denominantem varium acceperimus.
V. Accidens ubi	1. Quid?	Q. Q.
	2. Quoniamplex?	
	Vel est	

QUESTINES.

Q. 1. *An datur universalia?* A. Ita Arist. l. i. de Int. c. 3. & 1. post. c. 5. ait scientiam esse Universalium, & definitiones esse Universalium, commune est effatum, ubi ergo sunt scientiae & definitiones, sunt Universalia, quae etiam ab aliis agnoscit Galenus.

Q. 2. *An predicabilia secundò intentionaliter sumta sint entia realia?* N. Nunquam enim res hoc habent, ut sint genus vel species ante mentis operationem, quamquam ipsae res, quibus haec notiones imponuntur, sunt in mundo, non tamen id quod imponitur, vel conceptus illi secundi rebus ipsis à mente nostra aptatio. Quapropter illis non assentimur, quae habet Derod p. 57. Met. Caram. L. Vos. 157. & de Ess. Log. p. 8. Vel alii in contrarium. Vide Exerc. III. Delib. Logie.

Q. 3. *An omnis predicatio ad predicabilia revocari possit?* A. Si est vera, propria & naturalis. Excluditur proinde predicatio 1. *Falsa*, quae nullius est praedicabilis. 2. *Impropria*, ut est tropica, *Herodes est vulpes*, & speciatum predicatio causalis, quā causa prædicatur de causato in recto, vel contra, ut *Logica est modus sciendi*, *venenum est mors hominis*, *pluvia est salus segetis*, *solis ortus est dies* &c. Atque concomitativa, quā unum de altero prædicatur, quia illud comitatur, ut *unius corruptio est alterius generatio*. *Beatus ex hac vita egressus, est gloriosus in alteram vitam ingressus*. 3. *Non naturalis*, sive contra, sive præter, sive supra naturam, contra, quando id quod aptum est subjici prædicatur, & ordo naturæ turbatur, sive inferius de superiori prædicando, sive adiectivum aut accidentis subjecto suo subjiciendo, ipsumque subjectum prædicando, ut *animal est homo*, *album est paries*. Præter naturam, ut est in identicis & connotativis, connotativa, quorum abstracta de se invicem prædicari nequeunt, de se invicem enunciando, ut *album est dulce*, non verò, *album est coloratum*, quia eorum abstracta dicunt ordinem prædicabilitatis; *Supra naturam* sunt mysticæ & insitatae, eminentiores & venerabiliores, quam ut, rigorosè scilicet, juxta consuetos hos naturales modos examinari & dijudicari possint. Dico, rigorosè, eis enim auctoribus & juxta certam convenientiam rationem huc applicare velis & possis quodammodo, non tamen licuerit rigorosè & strictè quo ad omnitudinem convenientiam, ita personales & sacramentales atque aliae mysticæ sunt huc revocandas, non necessariè & strictè dictis modis subjiciendas.

Q. 4. *An recipiens numerus predicabilium immutandus?* N. Quia sit sine ratione solida.

Q. 5. *An indefinitione Generis, Speciei &c. definitur notio prima, an secunda?* D. In actu signato & formaliter definitur notio secunda. In actu exercito autem natura notioni secundæ substantia. Sive definitum notionaliter sumrum, est notio secunda. Id yero quod aptum est cui imponatur, vel in quo exerceatur materialiter est notio 1. vel natura subjecta notioni.

- Q. 6. *Vtrum justè reprehendatur hodie Porphyriana generis definitio?* N. Vid. Exer.
Delib.
- Q. 7. *An proprium possit communicari?* A. Quia nulla ostendi potest manifesta re-
pugnantia.
- Q. 8. *An possit separari?* AD. Quod realiter à subjecto est distinctum, divinā vir-
tute separabile est.
- Q. 9. *An nigredo corvi, albedo nivis &c. maneat accidentia inseparabilia, et si po-
natur corvus albus & nix rubra?* A. Quia sicut ejus sunt accidentia, in quo sunt,
ita quoque si ab eo separari naturaliter & realiter non possunt, in quo sunt, in-
separabilia manent.
- Q. 10. *An accidens predicable & predicamentale verè distinguantur?* Negat Dero-
don. Metaph. 115. 116. Sed affirmantium obtinet doctrina, quia accid. prædicabili
potest esse substantia, ut poculum est aureum, mensa lapidea. Et prædica-
mentale potest esse proprium, cui prædicabile contradistinguitur.

PORISMATA ET EFFATA.

1. *Genus est prius specie.* Non tempore sed naturā & essendi consequentia. Non cognitione distincta, sed confusa.
2. *Genus salvatur in una specie.* Genus materialiter & fundamentaliter seu primò intentionaliter, non formaliter seu secundò intentionaliter.
3. *Genus est imperfectius specie.* Non extensivè sed intensivè. Non quoad conti-
nentiam potentialem sed actualem.
4. *Genus & species idem sunt.* Realiter, materialiter & in sensu identico, non for-
maliter & idealiter.
5. *Singulare non predicatur.* Ut Universale, in actu exercito, prædicatione affir-
mata & directa.
6. *Individualia sunt infinita i.e. certa, indeterminata, indefinita & sub certo numero
actu non contenta.*
7. *Differentiae sunt simplices.* Formaliter, abstractivè & Metaphysicè;
8. *Differentia constitutiva superioris est constitutiva inferioris, & divisiva inferioris
est divisiva superioris.* Non contra.
9. *Differentia non suscipiunt magis & minus.* Diff. essentiales substantiarum neque
intenduntur, neque remittuntur. Secus est in accidentalibus.
10. *Differentia non potest esse negativa.* Diff. essentialis entis positivè, constituens
naturam speciei essentialiter.
11. *Proprius efficiens est forma.* Efficiens proxima, inadæquata & principalis.
12. *Prædicatio proprii non requirit existentiam subjecti.* Est enim æternæ veritatis.
13. *Nihil accidens constitutio substantiam.* Internè, à priori & principaliter.

CLAS.

CLASSIS TABELLARUM QUARTA,
TABELLAE TRES,

DE

ANTEPRÆD. PRÆDICAMENTIS
ET SUBSTANTIA.

I.
Tres de-
finicio-
nes :

1. *Univocorum*, quorum nomen est commune, & ratio substantiae secundum illud nomen, est eadem. Nomen dicitur *univocum univocoans*, res quibus illud est commune, *univoca univocata*. Dicitur non sine causa *univocum vel predicamentale vel eminens*. Eminens rursus vel *dignitatis & sublimitatis*, vel *communitatis*. Hinc *homo Christus* quando in triduo mortis vocatur *univocè homo*, intelligitur *univocum non prædicamentale* & *exactum*, sed *eminenter analogizatum*.
 2. *Aquivocorum*, quorum nomen solum est commune, ratio vero substantiae secundum illud nomen, est diversa. Nomen rursus est *equivocum equivocans*, res quibus &c. sunt *equivoca & equivocata*.
 3. *Paronymorum*, quæ casu differentia ab aliquo secundum nomen appellationem habent, ut *justus, justè, justitia*, dicuntur quoque *denominativa*. Hic quoque in *Paronymis* distinguunt quidam inter *paronyman & paronymatum*, abstracta vocant *paronymantia*, reliqua *paronymata*. Item inter *paronymatum prædicamentale & eminens*, hocque vel *communitate*, ut sunt affectiones vel attributa entis, vel *dignitate*, ut sunt *prædicata & attributa, divina & mystica*.
 4. *Eorum quæ dicuntur, vel sine complexione, ut homo; vel cum complexione, ut homo doctus: illa incompleta, hac complexa vocantur.*
 1. Quædam de subjecto dicuntur & in nullo sunt, ut *substantiae universales, homo, &c.*
 2. Quædam in subjecto sunt & de nullo dicuntur, ut *accidentia singularia, hac albedo, &c.*
 3. Quædam & de subjecto dicuntur & in eo sunt, ut *accidentia communia, color, virtus.*
 4. Quædam nec in subjecto sunt, nec de eo dicuntur, ut *substantiae singulares, Petrus, Paulus &c.*
- Fundamentum est: O. ens vel est substantia, vel accidentis; utrumque vel singulare vel universale.

ii. Cum

II.
Duæ di-
visiones

In antepred. quæ prædicamentis interficiunt, occurunt. III.

- ¶ ¶
- In Substantia prædicam. not. TRIA:**
- III. Proprietates.**
- 1. Cum unum de altero prædicatur ut de subjecto, quicquid de prædicato dicitur, dicitur de subjecto, ut fortitudo est virtus, virtus est habitus, habitus est qualitas, E fortitudo est qualitas. Est fundamentum fortitæ.**
- 2. Genera diversa & non subalternatim posita, diversas specie habent differentias; Subalternatim autem posita, possunt habere easdem. Sic animalis differentia aliae sunt quam habitus, illud dividitur in rationale & irrationalē, sed habitus in moralem & intellectualē.**
- 3. Quid sint? *q. 1.* Prædicamentum est series rerum, quæ sub uno genere summo per intermedia & species specialissimas usq; ad ipsa individua disponuntur.**
- 2. Quot sint? *q. 2.* Vulgo sunt 10. Substantia, Quant. Qualitas, Relatio, Actio, Passio, Quando, Ubi, Situs & Habitus.**
- 3. Que sint in prædicamentis?**
- Sunt aperte in iis vel**
- 1. Propriè & directè, ut sunt genera, species & individua. Requiritur autem in ente prædicamentali, ut sit ens 1. reale, 2. unum per se. 3. completum. 4. finitum. Javellus 5. addit, limitata vel determinata natura, ad excludenda transcendentia.**
- 2. Propriè & indirectè, ut differentiaz.**
- 3. Impropiè & reductivè, ut ens factum, rationis, negatio, privatio, vel 2. ens per accidens & æquivocum 3. partes & modi. 4. Deus.**
- I. Quidditas. Est ens, quod proprium esse habet & substans accidentibus, ut homo, lapis &c.**
- II. Diversitas**
- Prima, quæ nihil aliud est, quam substantia singularis, ut *Petrus Paulus.***
- Est 1. vel**
- Secunda, quæ est substantia communis, ut homo, animal, equus, Spiritus, qui est angelus.**
- 3. vel**
- simplex, ut cœlum & 4. elementa.**
- 2. vel**
- Corpus**
- quod**
- vel**
- Mixtum,**
- quod vel**
- Perfectum,**
- hocque**
- vel**
- animatum,**
- vel**
- inanimatum, ut aurum, jaspis &c.**
- vel**
- vivens tantum, ut plâta**
- vel**
- rationale, ut homo,**
- vel**
- irrationale, ut brutum.**
- 1. Non esse in subjecto, inhesionis.**
- 2. Non habere contrarium, per se & in pressa acceptione vocis contrarii. Ratione enim qualitatum fieri potest contrarietas. Ita & oppositio datur inter substantias, ut homo & non homo.**
- 3. Non recipere magis & minus, ratione essentiæ & prædictorum essentialium.**
- 4. Suscipere contraria, ut una & eadem numero manens, tanquam subjectum ultimum & ut quod suscipiat. v.g. aqua calorem & frigus.**
- QUE-**

QUÆSTIONES.

Q. 1. An analogia medient inter univoca & equivoca? D. Analogia inqualitatis, ubi analogata formâ nobilitori & digniori differunt, quale analogum est animal respetu hominis & bestie, analogatorum, verè sunt univoca & falsò dicuntur analogia. Analogia proportionis, ut est pes hominis & letti, verè sunt æquivoca, hinc nec hæc mediant. Analogia verò attributionis quæ vocantur communia τεχνη & φιλοσοφia, ad unum vel ab uno, sunt duplia: Alia attributionis extrinseca, ubi forma denominans unius vel primo eisdem formaliter & intrinsecè convenit, reliquis verò non nisi extrinsecè, quale est τὸ σανοῦ respectu animalis, herbae, urinæ, coloris &c. ubi sanitas animali convenit formaliter, herbae effectivè & extrinsecè, urinæ & colori significative. Hæcque sunt adhuc æquivoca. Alia attributionis intrinseca, ubi forma denominans pluribus intrinsecè convenit, sed tamen inqualiter & ab uno ad unum, participativè & dependenter, per prius & posterius, ut etiam primo sublatio reliquum vel reliqua sint tollenda; Hæc dicuntur media inter univocum & equivocum, sed tum, quando univoca strictè accipiuntur, & aliter ac in antepredicamentis. De quo Metaphysici in divisionibus entis. vid. special. exercit. de analogo, Delibat. Log.

Q. 2. An voces malus, populus, &c ejus generis aliae sint æquivoca? D. Latè & vulgariter, A. Strictè, ubi idem nomen, quoad omnia accidentia Grammatica, requiritur, N.

Q. 3. Utrum synonyma subje complecantur & essentialia & accidentalia? A. D. cum Stahlio, Slevogt, & aliis. Nou minus id, quod accidentaliter, quam quod essentialiter pluribus univocè competit, univoci participat definitionem. Ast affirmamus, si extra intentionem & mentem Aristotelis accipitur univocum. Neg. si secundum eandem de univoco dicendum est, ut rursus conf. dictam nostram exercit. de analogo.

Q. 4. An Logico incumbat predicamenta explicare? A. Non solum, ut constet, quæres aptæ sint subjici aut prædicari, sed quia oportet Logicum scientiam habere istorum terminorum ratione usus latè patentium.

Q. 5. An in predicamentis agatur de vocibus, an de conceptibus, vel notionibus secundis, an verò de rebus? B. De rebus & notionibus primis. vid. Horn. Inst. 12^o.

Q. 6. An in definitione predicamenti intelligatur genus summum absolute? N. Genus intelligitur summum secundum quid, quod non habet supra se genus aliud, sc. propriè & rigorosè sic dictum.

Q. 7. An Deus sit in predicamento directè? N. contra Scholasticos quosdam & Novellos. Aut esset genus, aut species, aut individuum sub specie contentum. Non genus, quod evidens. Neg. species, alias posset in suis individualiis multiplicati, omnis enim species multiplicabilis est. Neque individuum sub specie contentum. Species enim esset vel spiritus ut sic, vel spiritus infinitus; Non huc, quia neque huic convenit multiplicatio. Non ille, quia alias sequeretur. Deum & angelum essentialiter non differre, sed saltem numero, essentiali autem & specie convenire (quæ enim ejusdem

ejusdem sunt speciei, essentialiter convenientur,) quia autem Deus cum nulla re mundi essentialiter potest convenire, etiam sub communi specie una cum creaturis non continetur, tanquam ejusdem essentiae individuum. Plura specialis habet exercit. Nunc plura dicere nec licet nec oportet. vid. *Bannes ex E cum Thoma T.1. pag. 115. Vazqua. in Thomam Fonsac. in 5. Met. 8. 483.* quem quidem *Ariaga* castigat. p. 607. sicut novelli quidam *Scheiblerum*, sed minus evangelice. *Vid. Exercit. VIII delib. Log. de hac Q.*

Q. 8. An ens sit genus univocum substantie & accidentis? **N.** Omne enim genus strictè dictum univocum, prout contradistinguitur analogo, & qualiter respicit inferiora & per differentiam à genere distinctam contrahitur ad speciem. Sed ens non à qualiter participatur à substantia & accidente, quia accidentis est in rerum natura dependenter à subjecto seu substantia; neque aliqua haberi potest vel in accidente vel substantia, differentia, ita ab ente, tanquam genere, distincta, quin de ea ens formaliter praedicetur. vid. *cit. exerc. de Analog.*

AXIOMATA & EFFATA.

1. *Equivoca tollunt contradictionem:* Negant definitionem, non enim, quia non sunt unum in actu se. exercito, possunt definiri, quamquam in actu signato. Ita & suspendunt respondentem.
2. *Analogum stat pro significatu famosiori.* Analogum proportionis vel attributionis extrinsecus, non intrinsecus, per se positum, sumitur pro principali.
3. *Quod inqualiter, secundum prius & posterius alii convenit, univocè non competit.* Univocum strictè dictum & analogo oppositum.
4. *Denominativa, univoca & equivoca esse possunt.* Sicut vox leniens & quievocè homini & pici tribuitur.
5. *Denominativa ad diversa pertinent predicamenta.* Denominativum accidentale, quale est *albus*.
6. *Denominatio sit à posteriori, digniori vel majori numero.* Non necessariò sed frequenter & cum quidem, quando illud potius non negat minus. Si enim *minus* negat ei que opponitur, ab illo posterior non sit denominatio, sicut homo non vocatur spiritualis & incorporeus, et si anima, ejus pars dignior, talis sit, quia & incorporeum excludit alteram partem, quæ est corpus.
7. *Concreta substantialia directè & per se, accidentalia per accidentem, sunt in predicamento suo.*
8. *Individualia sunt predicamentorum & in ipsis per se collocantur.* Habent enim omnia requisita entis predicamentalis.
9. *Substantia est prior accidente.* Dignitate, natura & doctrina.
10. *Nulla Substantia predicamentalis caret accidente.*
11. *Omnis substantia realiter differt à suo accidente.* Unde & ab eo separabilis est.
12. *Substantia singularis est præstantior universalis.* Plus enim includit, dum includit differentiam numericam.

CLASS.

ACCID: QUANT: ET QUALITATE.

I. *Ambiguitas*, Accidens aliquando est *predicabile* & opponitur proprio. Aliquando *adjunctum* & opponitur *Subjecto*: Aliquando est *fortuitum* seu *casuale* & opponitur *necessario* seu quod per se sit. Hoc loco est *praedicamentale* & opponitur *Substantiae*.

NB. Inhabere alteri ut *Subjecto* est 1. ita inesse alteri, ut ejus, in quo est, non sit pars. 2. ut naturaliter non possit esse sine eo, in quo dicitur esse; per *primum*, cor non est hominis; per *secundum*, aqua non est spongia *accidens*.

II. *Quidditas*. Dicitur vulgo *Ens alteri ut Subjecto inhabens*. Explicatur *ens*, ex naturali imperfectione importans essentialē habitudinem ad *Substantiam*, tanquam *Subjectum* *inhesionis*.

III. *Diversitas*, alia dicuntur *primaria*, ut tria priora: alia *secundaria*, quae sunt *reliqua posteriora*.

I. *Quid?* 1. Quantitas *praedicamentalis* seu *extensiva* & *molis*, est *accidens absolute*, unde *Substantia* dicitur *quanta*: Vel, *Substantiam* in se ipsa *extensis*, ut habeat partem, extra partem, ut *superficies tabula*, per quam est *extensa*, ut una pars non sit alia, sed extra aliam.

NB. Dico *pradic. extensiva* seu *mola*, que eam *virtutis* seu *intensiva* est, secundum quam rei cuiusque sive spiritualis sive corporæ, perfectio magna vel parva dicitur, analogica est & hoc non pertinet.

I. *Quid sit?* 1. Cujus partes copulantur termino communī, ut linea partes copulantur puncto, quod in medio notatur. Alii, unde res dicitur magna.

NB *Terminus* in quantitate dicitur aliquid *indivisibile*. *Terminus inchoans*, initium quantitatis, a quo incipit. *Finis*, in quod definit quantitas. *Communis* (copulans & uniens) est finis partis antecedentis, & principium partis consequentis.

Permanēs, quae omnes partes potest habere simul,

ut linea, magnitudo tantum longa. 2. *Superficies*, longa & lata. 3. *Corpus*, longa, lata & profunda. Vel

Successiva, quae omnes partes non potest habere simul, eodem momento, ut *motus* & *tempus*.

Discreta, sive *multitudo*, cuius partes communī termino non copulantur (unde res dicitur multa) ut *numerus* & *Oratio*.

I. *Quantitatinihil est contrarium*, proprie & per se una *quantitas* v.g. linea, alteri non est *contraria*.

2. *Non recipit magis & minus*, i.e. non intenditur aut remittitur. Ratio ne enim sui concreta quantitatum non *praedicantur* per *magis* & *minus*, ut unum bicubitum alio *magis* i. *minus* bicubitum dicatur, una linea *magis* linea quam altera, licet sit major, adeoq; extendatur & diminuatur, quod est recipere *magis* & *minus*, nominaliter.

III. *Proprietates*.

1. *Continua* sive *ma-*
gnitudo.
vulgò est
vel

2. *Quo-*
tuplex?
de
qua
vulgò
vel

Vel

- In Qualitatibus occurunt TRIA.**
1. **Quid?** *q. Est accidentis absolutum, unde Subjectum denominatur quale, ut à calore calidum, ab albedine album.*
- N.B. Qualitas denominat Subjectum 1. ut accidentis, excluduntur ergo differentiae essentiales &c. ubi etiam ad quæst. qualis *q. detur* v.g. qualis homo? *q. Rationalis* 2. Purè & tantum, ad excludenda alia accid. v.g. quando quæritur, quale sit lignum & Resp. bicubitum, potest etiam quæri & quidem magis propriè, quantum sit? 3. debet denominare satis intensè, secundum plures gradus & perfectius, quam forma opposita, satis extensè, ultra medium subjecti partem, & satis propensiè seu satis diu, ut possit dici denominare perfectè, propriè & simpliciter seu absolute.
2. **Habens**, qualitas ut plurimum acquisita, permanens & difficulter mobilis, Subjectum ad h. l. illo modo operandum disponens, ut sunt scientia, artes, virtentes, vita, & corporis affuetiones.
3. **Dispositio**, qualitas facile à subiecto mobilis & nondum stabilita, sed præparatio ad habendum seu formam.
4. **Potentia naturalis**, quæ est qualitas ingenita vel à naturâ ad simpliciter agendum vel patiendum rebus in ditta, ut potentia calefaciendi vel urendi in igne. *Huc pertinent omnes facultates animalium, plantarum, lapidum omniumq. corporum.*
5. **Impotentia naturalis**, est eadem potentia naturalis, sed imbecillior & debilior facta, ne potentia ambulandi l. videndi in senectute.
6. **Qualitas patibilis** seu afficiens est natura quædam stabilis aut sensum movens (offendens vel delectans) aut motu ejus nata ut calor, frigus.
7. **Passio**, est subita qualitas in animo s. corpore, etiam sensum movens aut ex motu aliquo effecta, ut pallor ex metu &c.
8. **Forma vel Figura**, quæ est qualitas (exterior rei effigies vel species) ex terminatione quæcavatis, in re sive naturali sive artificiali (pellatæ, resultrans, ut figura rotunda cœli forma hominis ex lineamentis & statuta corporis proveniens).
9. **Veteres** distinxeré formam à figura ex versiculo: *Formam visu venis picti dic esse figuram.*
10. **In qualitate est contrarietas**; radicaliter, propriè & per se.
11. **Qualitas recipit magis & minus**; in concreto & ratione participationis, quæ forma in hoc vel illo individuo vel perfectior & auctior vel imperfectior & secundum pauciores gradus inexistit.
12. **A qualitate rei dicuntur similes vel dissimiles**, propriè & fundamentaliter.

QUÆ-

QUÆSTIONES.

Q. 1. An accidens reæstè explicari possit per inherentiam? A. De inherentia aptitudinali, quæ ut proprietas quædam orta ex imperfectâ accidentis natura, omni & soli accidenti semper inest, indeque per illam à substantiâ maximè discerni potest, contrariis argum: breviter obviat Stahlius q. log. 23. p. 125. Negativa placet Slovogto p. 90. Arriaga &c.

Q. 2. An forma materialis, quia non est in materiâ ut pars, neq; extra eam naturaliter potest esse, aut accidens sit, aut accidentis descriptio Aristotelica haud adequata? Negatur utrumque, quod enim non est pars, neque cum eo in quo est, tanquam cum conparte, constituit aliud, illud est accidens, ita Toletus, Ebelius, Stahlius, Brücknerius & alii ex recentioribus. Licet itaque forma illa non sit pars materiae, tamen cum ea constituit compositum, in quo deinceps est ut pars.

Q. 3. An accidens possit divinitus conservari extra subjectum? A. Quia id nullam dicit repugnantiam vel ex parte Dei vel ex parte ipsius accidentis, quâ tale, si enim est modale, ex natura modi, non autem accidentis, habetur repugnantia. Negativam acriter ruerunt plurimi, sed variis conatibus.

Q. 4. An accidens sit genus propriè dictum in ordine ad novem genera? N. Est transcendens & analogum. Siquidem id quod genus est propriè dictum & prædicamentale 1. plura respicit inferiora in prædicamentis collocata, sed hæc novem genera non continentur in prædicamentis, sed sunt ipsa summa genera, continent sub se prædicamentalia illa in prædicamentis disposita & collocata. 2. à differentiis inferiorum specierum ita differt & distinguitur, ut in formalí conceput de illis prædicari nequeat, sicut animal contra distinguitur rationalitati, idè formaliter non dicitur: Rationalitas est animal. Ast Ens de omnibus illorum generum differentiis vel quasi differentiis & formalibus rationibus prædicatur formaliter, sic ut de extensione, quæ formale est quantitatis, restè dicatur, quod Ens sit. E. ens in ordine ad hæc novem genera, non habet naturam generis propriè dicti univoci prædicamentalis. Adeoque adhuc hæc summa genera appellari possunt. vid. Mosis pag. 470. Suarez. 262. Ruvio 176. Mendoza 154. Hornej. Inst. 160. Ipend. curs. log. 117. Scheibl. Met. 253.

Q. 5. An quantitas sit realiter distincta à subjecto? A. Quia non solum mutari, substantia immutata sed & divinâ potentia ab ea separari potest. Negat Heerbord p. 192. ex veteribus negativa tribuitur Ochamo, Gabrieli, Capreolo, & alii à Ruvione p. 267. & Suarezio citatis. Conf. Cornaeus Log. p. 141. Oviedo p. 305. Sancin. 1. 5. q. 29. p. 171. Lentul. Sap. Cartes. p. 280.

Q. 6. An quantitas sit accidens corporis proprium? A. Quia solum & omni semper & per se convenit, Hesselb. p. 303.

Q. 7. An quantitas sit describenda per extensionem potius, quam per divisibilitatem? A. Quia hæc illam requirit.

Q. 8. An Oratio sit species Quantitatis propriè dicta? N. Estens per accidens & per se non quantum, solum in Metaphys.

Q. 9. An numerus sit species Quantitatis? N. est unum per accidens. Affirmativa placet Soncin. Javell. Tolleta, Ruy &c.

Q. 10. An qualitatis haec descriptiones: Est accidens absolutum, Est accid. absolutum non quantum, sint sufficietes? N. Prior simul & Quantitati convenit, posterior non tam explicat & ponit quid sit, quam negat & removet, quid non sit. Illa Arriaga, hæc Mendoza est.

Q. 11. An plures vel pauciores species Qualitatis, quam 4.eqq, formaliter distincte? Pius negamus, post: affirmamus. cum Phil.lib. Cat c. 14.

Q. 12. An ista 4 species sint vera species, & Qualitas genus univocum? Ita communis & vera habet opinio, quæ qualitas constituitur genus prædicamentale & secundum inferiora illa, tanquam species dividitur.

Axiomata & Effata.

1. Accidens non est ante subjectum (Naturâ,) quo est posterius & quo mediante existit.
2. Accidens non potest producere substantiam. Principaliter, licet instrumentaliter & dispositivè.
3. Accidens non agit sine substantia. Naturaliter.
4. Solum accidens est sensibile. Per se, immediate, primò & directè.
5. Accidentia non est accidens: vel non est subjectum accidentis, primum, radicale, quod & fundamentale.
6. Quod uni est accidens, alteri non potest esse substantia. Accidens verum & prædicamentale.
7. Accidens non migrat de subjecto in subjectum. Acc. numero idem, non migrat de subjecto proximo, primario & in hæc. Obi. 2. Reg. 5. 27.
8. Quantitatis nulla est efficacia, nulla actio. Per se & ex sua natura ut effic. principalis, nulla est actio realis aut per transmutationem.
9. Quantitas divisibilis in infinitum. Quant. continua, ratione sui & dum partes maiores in se continent minores.
10. Quantitas de suis speciebus affirmatur abstractive & concretive. Linea est quanta & quantitas.
11. Qualitas nobilior est quantitate. Illa sequitur formam, hæc materiam, illa & spiritui convenit.
12. Viribus unita major est se ipsa diffusa. Unita tamen in debita quantitate & qualitate.
13. Objectum est prius potentia. Objectum absolute non relata, prius ratione si non re.
14. Habitum ut & consuetudo est altera natura. Non essentialiter, sed similitudine operationis & durationis.
15. Actus est melior habitus. Actus habitum consequens eumque includens. Non antecedens & excludens.
16. Habitum non est necessarius ad substantiam actus, sed facilitatem. Habitus non infusus sed acquisitus.

CLASS.

DE RELATIONE ET SEX RELIQUIS PRÆDICAMENTIS.

- I. *Quid est Relata* (τοῦ ὑπέρ) sunt, quorum totum esse est ad aliud aliquo modo te habere, ut pater, filius &c. Et Relatio est accidens reale, cuius totum esse est unum ad aliud (subjectum ad terminum) referre, ut paternitas.
- * *Secundum totum esse ad aliud referri ut ad terminum*, est referri ita tantum ad terminum, ut nullum aliud munus, præter istum purum putum respectum exerceatur, i.e. non referatur ad aliud tanquam ad objectum, sicut scientia ad scibile, tanquam ad causam, sicut dominus ad Architectum, tanquam ad finem, vel adjunctum, ad membrum &c. quæ quidem respectum inferunt, sed non prædicamentalem aut accidentalem.
- (homo paternitatem.)
1. *Subjectum*, quod est substantia, cui relatio inhæret, et a se suscipit.
2. *Relatum* est denominativum, quod à relatione dominatur, ut pater à paternitate, filius à filiatione &c.
- II. *Specia-
lia no-
mina vel
requisita
relationis
quorum
sunt
quinque*
3. *Correlatum* est ipsum relatum, quatenus alteri relato è regione respondeat, ut pater filii & filius patris correl. est. Omne ergo relatum est & correlatum, sed diversimodi considerandum.
4. *Fundamentum* est principium subjecto intrinsecum, per & propter quod illud aptum & relationem suscipere, vel ad aliud referri, ut albedo propter quam album aptum est ad aliud album, si deversi, referri, vel similitudinis relationem suscipere. Et potentia generandi activa est fundamentum paternitatis.
5. *Terminus* est subjectum relationis oppositæ, quatenus ad ipsum est relatio, vel quatenus relatum ad illud referatur. Sic, nix similitudinis dicitur terminus quatenus charta ipsi similis est & paternitatis terminus est filius.
- (inter duo alba.)
1. *realis*, quæ citra mentis operationem est in rerum natura, ut similitudo rationis, quæ tantum est per mentis operationem ut identitas concepta inter Deum & lignum. Illa, non hæc est hujus loci.
2. *Vel* *realis*, qualis fuit descripta predicamentalis. Dicitur alias completa, quia ens categoricum est completum.
- III. *Quo-
tu-
plex.
Re-
latio-
nis
est.*
2. *Vel* *realis*, qualis fuit descripta predicamentalis. Dicitur alias completa, quia ens categoricum est completum.
- Secundum dici* sive *transcendens*, quā unum ad aliud non refertur, ut præter ad terminum, sed simul aliud munus ex exercetur vel causa ad effectum, potentia ad objectum subjecti ad adjunctum &c. ut scientia respicit scibile. Dicitur, *diminuta*, ^{Wagius dicit: Relatio transcendens est in certo predicamento. Transcendentia est in aliis.} *diminuta* & in certo predicamento. Transcendentia est in aliis, & in determinata, vel communis & creatuæ. Illa est specialiter in alijs fundamentis, & substantialis alias vocatur. Hæc est in affectionibus respectivis entitatis vagis, utpote causa & causati subjecti & adjuncti &c. Sic ut rursus alia dicitur *transcen-* ^{plura genera} *dens* ^{in aliis} *simplioriter* & *in determinata*, quæ omnia prædicamenta transcendit & in nullo ponitur, ut sunt illa communia entis attributa respectiva. Alia *transcendens* se- ^{Alio tempore} cundum quid & determinata, quæ hoc prædicamentum quidem transilit, sed tam ^{causa est} in alio collocatur, ut est scientia, potentia &c.

Ulla rursus hujus est loci Conimbr., p. 490.

Murua,

Mutua, cui in termino vel extremitate respondet alia relatio realis,
ut paternitas.

Vel

vel Non mutua, cui talis relatio dicto modo non responderet, ut relatio scientiae ad scibile, quae in scibili non est realis, & talis dicitur communiter ea, quae est inter Deum & creaturas, quae in Deo non est realis, Cognitio. p. 475. Illa, non haec relatio praedicalis est.

Equiparantia (æqualis alias comparationis) quæ est ejusdem rationis, unde & talia relata idem nomen tenent, ut similitudo, æqualitas, identitas.

Vel

vel Disquiparantia (inæqualis comparationis) quæ est diversæ rationis, quandoq; etiam talia relata diversi sunt nominis, ut paternitas, filiatione.

IV. IV. proprie- proprie-
tates tates
qua- rum

1. Uno relatorum posito vel negato, ponitur vel negatur alterum. Ubi enim pater, ibi filius & contra &c. sed quoad esse relativum.

2. Relata sunt simul natura. Relata prædicamentalia & secundum esse relatum formaliter, non absolutum.

3. Uno relatorum definitè (particulariter & determinatè) cognito, cognoscitur & alterum, qui cognoscit aliquid esse pulchrius, cognoscit simul id, quo est pulchrius.

*Actus Actione
exercitum per
actus activas.*

*Passio c. exer-
citum potest passiva.*

De Actione & Passione

De IV. reliqui

1. Quod est. Actio est à qua quipiam dicitur agere. Passio, à qua quipiam dicitur pati, ut à calefactione dicitur ignis calefacere, & lignū calorem recipiendo ab eodē calefieri.

Per emanationem, quando sine interventione alterius accidentis per nudam resultantiam à subjecti essentia producitur effectus, sicut proprietates sunt ab essentia subjectorum suorum per emanationem, quantitas à materia &c.

Vel

Per transmutationem, quando producitur effectus mediante alio accidente, tanquam principio proximo, ut calefactio mediante calore.

Immanens, quæ in eodem subjecto, in quo producitur, recipitur, ut actio vel sensum itemq; intellectus & voluntatis, v.g. intellectio &c.

Transiens, quæ in eodem non manet, sed ab alio subjecto recipitur, ad quod transit, ut calefactio recipitur in aqua.

3. Substantialis, per quam producitur (vel cuius terminus est) substantia, vel generatio. Vel (ut calefactio.

Accidentalis, cuius terminus est accidentes (vel per quā producitur Accid.)

4. vel perfectiva, quæ perficit, vel destruktiva, quæ destruit subiectum, ut disce-

re perficit, sed comburere destruit.

Quando est id, quod ex temporis adjacentia in re temporali relinquitur, ut esse hodie, fuisse hinc &c. Convenit spiritui & corp.

Ubi est presentia rei in loco, vel quod ex accommodatione rei presentis ad locum relinquitur, ut esse in domo. Convenit materiali & immateriali.

Situs est dispositio partium rei corporæ secundum locum, ut stare, sedere, jacere, convenit soli corpori & quidem heterogeneo animato.

Habitus est corporum & eorum quæ circa corpus sunt, ad jacentia, ut esse pilosum, tunicatum, ocreatum &c.

QUE-

QUÆSTIONES.

- Q. 1. An relatio prædicam. sit Ens filium, an reale? Post: A. Quia ante omnem mentis nostræ operationem sunt relata, v.g. Pater & filius, similia & æqualia, ubi autem relata sunt realia, relationes reales sunt, vid. Conimbr. p. 454. Isend. Curs. p. 191, 192. Meisn. Phil. 2. p. 48. Jac. Mart. prælect. pag. 125. Hornej. inst. Log. 232.
- Q. 2. An relatio secundum dici sit eadem cum transcendentia? aut cum relatione rationis? Relatio realis est vel transcendens vel prædicamentalis, nunquam rationis. Relatio autem secundum dici mox rationis mox transcendens intelligitur, locutione promiscua. Vid. Ebel. Aphor. Metaph. in hunc l. Baron. Metaph. 471.
- Q. 3. An correlatum derelato suo possit dici in casu recto? N. Quia quatenus talia, habent diversitatem, ut unum sit alterius, non autem identitatem, ut unum sit alterum. vid. Meis. phil. 1. p. 145. Jac. Mart. præc. p. 164. Gravv. Polem. p. 129. 409.
- Q. 4. An fundamentum relationis etiam possit esse substantia? Aff. Quod enim inter duas quantitates est æqualitas, inter duas qualitates similitudo, id inter duas substantias potest esse identitas, haud interveniente fundamento alio. vid. Dn. Ebel. in Aph. Met. p. 299. Contrariorum autem tenent, multi alii Authores gravissimi.
- Q. 5. An fundamentum à relatione realiter differat? Aff. Quia relatione sublatâ manet fundamentum, v.g. mortuo filio cessat paternitas, non tamen potentia generativa, quæ paternitatis fundamentum est.
- Q. 6. An terminus relationis sit idem ac finis? N. Quia relatio non habet finem, dum non intenditur vel sic per intentionem, habet autem terminum, inter quem & subjectum illa $\chi\epsilon\nu\sigma$ consistit vid. Stahl. Inst. Metaph. p. 428.
- Q. 7. An actio & passio realiter differant? N. Eadem enim actio, v. g. calefactio dum recipitur in subjecto paciente, passio dicitur. Realis itaque distinctionis hic sufficiens signum non est. Quanquam Maccovius p. 126. &c alii realem illam distinctionem propugnant.
- Q. 8. An creatio sit accidens prædicamentale? qz. Si creatio est actus divinitæ voluntatis, ut aliqui volunt, non est accidens, sed ipsa Dei essentia. Si extra Deum est, & à parte rei ipsa res creata, ut communior habet opinio, est substantia, ita ut nil repugnet esse accidens, quando videlicet terminus actionis accidens est. Si tandem modus est secundum rem à creaturâ distinctus, quidam rursus ad substantiam referunt, tanquam ad categoriam termini sui, quidam ad actionis prædicamentum, non obstante, quod creatio nullum subjectum supponat præexistens, quod enim omne accidens posterius est subjecto, id de famoso & communi solum accidente voluntate intellectu. vid. Stahl. Q. Log. Quæ sententia si rectè explicatur, non videtur absurdâ, sicut pluribus dicitur alibi, quod creatio sit accidens. Conf. Phil. Theolog. de Creatione.
- Q. 9. An situs realiter differat ab Ubi? A. Quia rū ubi realiter variato & mutato situs potest manere immutatus, Sedens enim in theda, quā vehitur, ubi rō mutat, non autem statim sessionem vel corporis dispositionem.

D

Q. 10. An

Q. 10. An habitus sit ipsum corpus adjacens? N. Contra Mendozam, Corneum & plures alios. Vid. Metaph. Est enim per Arist. s. Met. c. 2. medium quid inter vestem & vestitum, quo vestis dicitur haberi, quod non potest esse substantia, adeoque corpus cui immediate contradistinctum.

AXIOMATA ET EFFATA.

1. *Absolutum est prius respectivo. Non omnis sed suo, quod in absoluto fundatur & creato. Prius natura, dignitate, tempore & doctrina.*
2. *Relatio non mutat rem. Scil. intrinsecè, tanquam per formam absolutam: mutat autem extrinsecè & quoad usum aut officium, sicut res in signum posita essentiam suam per hoc non mutat. Hinc Augustinus V. Trinit. c. XV. infert, relativa praedicatione sine mutatione de Deo praedicati, sicut nummus, pugnus absque mutatione enuncientur.*
3. *Relatio non incurrit in sensu. Quia talis & per se neque colorata, neque sonora, neque audibilis &c: inde Abimelech non videbat uxorem Abrahami.*
4. *Relata per se mutuò definiuntur. Non exactè tanquam per sua principia, sed sufficienter & quoad nos.*
5. *Relatio non indiget ad sui conservationem contactum locali. Est & servatur inter absentes.*
6. *Relatio est minima Entitatis. Et qui saccum plenum portat, leve pondus portat.*
7. *Ad actionem non datur actio. Ne progressus fiat in infinitum, actio à causa non dependet per actionem aliam.*
8. *Nulla actio terminatur ad non ens. Quia non ens non habet esse reale, realis autem actionis terminus per se est realis, esse suum accipiens per reale efficientiam. Hinc annihilation non fit per novam actionem, sed per influxus revocationem.*
9. *Idem (agens naturale non liberum) semper facit idem. Eodem & non diverso modo in eadem materia manens.*
10. *Omnis actio si per contactum, si non proprium, immediatum, corporeum & superpositum, tamen imprroprium, mediatum & virtualem.*
11. *Nihil dat (principaliter, licet instrumentaliter) quod non habet, neque formaliter, seu subjectivè neque virtualiter seu effectivè. Iustus dicit: Nemo plus juris ad alium transferre potest, quam ipse habet.*
12. *Opus est præstantius attione suâ, & ad opus illud conscientum ordinatâ.*
13. *Agere est nobilitate quam pati, in naturalibus & moralibus bonis, non malis.*

CLAS:

DE POSTPRÆDICAMENTIS.

Postprædicamenta ita barbarè dīgā, quia prædicamentis postponuntur, sunt terminorum quorundam expeditio, simulq; fundamenti modi prædicandi negativi descriptio; Sunt autē V. Opposita, Priss, Simul, Motus & Habere.

I. Sunt OPPOSITA, quæ vel latè vel strictè accipiuntur.

In Op-
positis
strictè
Not.

2.
Quot
Bz.
Sunt
IV.

2. CON-
TRA-
RIA, ubi
Duo not.

2. Quo-
tuplicia
sint? vel

Immediata, quæ immediate subiecto
insunt, indeq; alterutrum semp̄
& necessariō de communi subje-
cto dicitur, ut sanum & agrū de
animali, par & impar de numero.
Media, quæ admittunt formæ
medium, indeque alterutrum
communi subiecto necessariō
non inest, ut albedo & nigredo.

3. PRIVATIVE Opposita, quæ opponuntur ut privatio
& habitus, vel quorum unum dicit negationem alterius
in subiecto capaci pro tempore à natura determinato,
ut Visus & cecitas, auditus & surditas.

*Habitus hic est quæcunq; res positiva vel forma subiecto con-
veniens, Et privatio illius forma carantia. Si carentia se-
tantum extendit ad actum, ita ut forma negetur solū
quoad actum & non quoad potentiam, dicitur privatio
partialis & imperfecta, si ad actum & potentiam totalis &
perfecta. Rursus si carentia est habitus futuri, dicitur pri-
vatio Physica, si præteriti vel qui adesse debet, Logica.

4. CONTRADICTORIA sunt, quorum unum absolutè & in omni subjecto negat alterum, ita opponuntur esse & non esse: homo & non homo &c.

Quæ negatio si sit explicitè per particulam, non, dicitur expressa, ut homo non homo. Si implicitè in attributo vel ipsa subjecti compositione, contradictionis in adjecto, ut atramentum rubrum, ein hölzerne Falleisen oder Wendelstein / οιδρόζυλος, mendacium honestum, furtum pium.

- II. PRIUS
(ita & posterius) dicitur quid s. mod.
1. Tempore, ubi unum altero est antiquius & vetustius, ut Noah Abrahamo.
 2. Naturâ, quod ab altero infertur, sed id non infert alterum, ita genus speciebus, unum duobus est prius.
 3. Ordine, quod ordine antecedit, Exordium prius est narratio ne.
 4. Dignitate, quod altero est dignius, ut Princeps Comitis, Comes Barone &c.
 5. Consecutionemutuâ, ita ut unum alterius causa sit, ut sol prior est lumine.

Qui his VV. continentur: Tempore, Naturâ, primi Ordine dic & Honore.

Et Causa effectis dicitur esse prior.

- III. SIMILITUDINE, ut duo eodem die nati.
 MULMODIS dicitur quod 3. modis simul.
2. Naturâ, vel consecutione mutuâ, ut neutrum sit alterius causa, sicut relata sunt simul.
 3. Divisio, quæ divisum à qualiter dividunt, ita species & differentiae sunt ejusdem generis.

Unde verius: Tempore dico simul, quorum generatio nunc est. Quæ convertuntur dicimus esse simul. Sunq; simul species genus unum distribuente.

- IV. MOTUS, cujus species VI. dicuntur
1. Generatio, quæ est mutatio à non esse ad esse.
 2. Corruptio, mutatio ab esse ad non esse.
 3. Augmentatio est motus, quo major acquiritur quantitas.
 4. Diminutio est motus, quo minor quantitas acquiritur.
 5. Alteratio est motus, quo quid novum vel aliam acquirit qualitatem aut saltē ejus privationem.
 6. Motus Localis est motus, de loco in locum.

V. HABITUS quo aliquid haberi dicitur: vel 1. ut qualitas, vel 2. ut quantitas, vel 3. ut aliquid circa corpus, vel 4. ut in parte v.g. annulus in digito, vel 5. ut pars. v.g. manus, vel 6. ut in vase vel continente, vel 7. ut possessio v.g. ager, domus, vel 8. sicut mulier à viro & vir à muliere. Qui 8. modi his solent proponi Versiculis: Affetum, quantum, vestitum, dic velut aurum, Membrum, contentum, possessio, sponsa marium.

QUE-

QUÆSTIONES.

- Q. 1. An plura sint quam quinq[ue] postprædicamenta explicandas? D. Si postprædicamenta nihil aliud sunt, quam terminorum prædicamentorum explicatio, possunt utique plura tradi, possunt & pauciora tradi; plura tradi, quia plurimum sit mentio, ut intentionis & remissionis, equalium & inequalium, similium & dissimilium, esse in subjecto. Pauciora, quia si non omnia, tamen quædam in prædicamentis potuerint explicari. Si sunt descriptio fundamenti prædicandi negativi, unum sufficit, vel nullo opus est.
- Q. 2. An opposita complectantur disparata? A. de oppositis latè dictis, ubi quæcunque repugnantia sufficere potest, quemadmodum quædam repugnant præcisè, ut aliis non opponantur sicut sibi, non equaliter, non magis; quædam non repugnant præcisè, ita ut alteriuscum cum alio quodam æqualiter vel vehementius possit pugnare, illa specialiter opposita dicuntur, hæc disparata.
- Q. 3. An omnia opposita differant essentialiter, ut non possint esse ejusdem speciei specialissima? Opposita latè dicta propter amplitudinem facile describi non possunt, neque tamen displicet eorum intentia, qui in omnibus oppositis requirunt 1. distinctionem formalem. 2. differentiam essentialē, ta ut quæ in specie specialissima convenient, opposita non sint, inde & disparata sunt species vel ejusdem generis, ut asinus & equus, liberalitas & fortitudo, vel diversorum generum, ut asinus & lapis, fortitudo & albedo. Quorum refer Deum & hominem. Vid. Grav. Abl. Calv. c. 1.
- Q. 4. An opposita strictè dicta habentur rectè fuerint definita? A. Ita tamen, ut præsupponatur præcisè repugnantia, ex q. 2. quæ præsupposita, neque exemplum asini & hominis, neque alia eandem tollunt.
- Q. 5. An sit divisio univoca, quæ opposita dividuntur in 4. siue genera five species? R. Certeum est, non esse divisionem equivocam, quia & nomen & definitio divisi omnibus membris convenient dividentibus. Neque strictè volunt dici univocam, quia una species fortiorē habet repugnantiam quam altera, contradic̄tio enim est gravissima & maxima oppositio, relativa autem minima. Relinquitur ergo analogica, voce analogi vulgariter sumta, ubi quæcunque inæqualis vel per prius & posterius participatio facit analogum, vid. Masium, p. 611. Isend. Curs. Log. p. 237. Horn. p. 29.
- Q. 6. An relativè opponantur quacunq[ue] relata? N. Relata enim æquiparantæ essentia liter non differunt, indeque nec propriè opponuntur, nec amicus amici amicus, sicut Pater patris filius esse, negatur.
- Q. 7. An sola relata opponantur relativè? R. Relata & relationes simul, concreta & abstracta eodem opponuntur genere.
- Q. 8. An duas species vel differentias substanciales possint dici contraria? R. Strictè non. Quia tamen illis contrariorum definitio quodammodo applicari potest, ita sc. ut in ea non præcisè intelligatur subjectum inhaerentia, sed quæcunque hue referri possunt. Alias illæ opponi dicuntur oppositione contradictoriæ virtuali.
- Q. 9. An dicere, corpus Christi est omnipresentis, sit contradictione in adjecto? N. Quia adjectum

Quum vel appositum omnipræsens non destruit subjectum, aliud enim est immensum & infinitum esse, aliud omnipræsens, rursus aliud omnipræsens esse per se & suam naturam, aliud per aliud.

Q. 10. *An Deum possit facere contradictionem?* N. Quæ veram contradictionem involvunt, de se impossibilitatem dicunt.

Q. 11. *An disparata de se in vicem substantivæ predicari possint?* N. Usitatè & naturaliter. Conf. Meis. phil. 2. p. 623. p. 209. Calov. 600. seqq. Grauv. pol. c. 1. p. 58. Schaff. Inst. Log. 24.

PORISMATA ET EFFATA.

1. *Opposita iuxta se posita clarius clucent.* Nobis, & quoad ea, secundum quæ præcisè sunt opposita. Hinc quanta & qualia sint, quæ possedimus, novimus, dum amissimus.
2. *Quo fortior est oppositio, eò efficacior est negatio.* Et quæ simpliciter aut leviter opponuntur, eodem modo negantur.
3. *Quot modis unum oppositorum sumitur, tot modis est alterum.* Non absolutè quoad omnia inferiota, supposita & singulos modos. Sed habito respectu ad significacionem & sumptionem, usum & impositionem, aut etiam oppositionem, quâ formaliter, præcisè & immediate opponuntur. Licet itaque *sanus de corpore & animo* dicatur, non tamen *insanus*, nisi de animo.
4. *Contrariorum vel Oppositorum eadem est ratio, 1. in essendo sed in oppositum, ut quia calor dissipavit, frigus contrahit. 2. cognoscendo, 3. identitate generis & subjecti, quod contraria sint sub eodem genere & ex eodem subjecto sese expellant,*
5. *Contraria contrariis curantur.* Non simpliciter simul & instanti, sed pedetentim, per gradus, successivè, & ratione habitâ circumstantiarum. Exasperatis delictis, exasperantur pœnae.
6. *Contrariorum sunt contraria causa & effectus.* Causæ proximæ, particulares, totales per se, & eodem modo sese habentes. Neque unum oppositorum potest (*per se*) producere alterum, nisi per accidens.
7. *Unum Opponitur uni.* Oppositione strictè dicta, vel speciatim contraria, si ramen contrarium est perfectum & ad æquatum maximè distans & formaliter tale. Alias in disparatis, oppositis latè dictis aut si contrarium est inadæquatum &c. unum opponitur multis.
8. *Privatio presupponit habitum.* Privatio *Logica* quæ est absentia habitus, qui adfuit vel adesse debuit.
9. *Privatio non incurrit in sensu.* Per se & ratione sui, incurrit per accidens & secundariò, quatenus ens tollit sensibile.
10. *Privatio nullius est efficacia.* Privatio mera, quâ talis, quia est negatio, nihil efficit Physicè, licet moraliter.
11. *Contradiccio est fortissima & nihil è infirmius.* Fortissima, quia negat ubique. Infirma, quoad alterum extremum, aut quâ ex una parte mendax & falsa.
12. *Contradiccio caret omni medio.* Inter esse & non esse, infinita est distantia, excludens omne medium.

CLASS.

ORATIONE IN GENERE.

Interpretatio (id quo animisensa exponimus) est vel *simplex*, ut: Nomen & Verbum, vel *composita*, ut: Oratio. Hic ergo tractanda sunt TRIA.

I.	Nomen ubi no- ta.	1. <i>Quid?</i> Nomen est vox significativa ex instituto sine tempore cujus nulla pars significat separatis, quæq; adjuncta verb. subst. EST, significat verum aut falsum, ut <i>homo</i> .	
		*Excluduntur hac defin. 1. <i>voces nihil significantes</i> . 2. <i>significantes na-</i> <i>turā</i> , ut: soni illiterati à bestiis editi. 3. <i>verbum</i> . 4. <i>oratio</i> . 5. <i>casus ob-</i> <i>liqui</i> & <i>syncategorematici termini</i> .	
II.	Verbu- m ubi tur- sus ob- serva-	1. <i>Quo-</i> <i>duplex?</i> <i>Re-</i> 1. <i>Quo-</i> <i>duplex?</i> <i>Re-</i>	{ <i>Finitum</i> est nomen, sine expressa negatione certam significans rem, ut <i>homo</i> . vel <i>Infinitum</i> est nomen, cui immediate praefixa est ne- gatio, ut <i>non homo</i> . <i>Rectum</i> est nomen Nominativi casus, ut <i>homo</i> . vel <i>Obliquum</i> est nomen reliquorum casuum, <i>hominis</i> , <i>homini</i> &c.
		2. <i>Quo-</i> <i>tempus?</i> <i>Re-</i>	{ <i>Quid?</i> Verbum est vox significativa ex instituto cum tempore, cu- jus nulla pars significat separatis, & est semper nota eorum, quæ de altero dicuntur, ut <i>est</i> , <i>amat</i> &c. * <i>Consignificare tempus</i> est, præter primariam temporis differentiam primariæ significare actionem, vel passionem vel quid simile, pri- mariae autem temporis differentiae sunt, Præsens, præteritum & futurum. <i>Implicare tempus</i> est per accidens notare & involvere tempus, ut: <i>prandium</i> , <i>cœna</i> , <i>majores</i> , <i>posteri</i> &c. <i>Significare autem tempus</i> est notare tempus tantum, ut: sunt nomina temporis: <i>annus</i> , <i>mensis</i> , <i>dies</i> , <i>hora</i> &c.
III.	Quo- <i>plex?</i> ubi notas.	1. <i>Quo-</i> <i>tempus?</i> <i>Re-</i>	{ <i>Finitum</i> est verbum sine expressa negatione, ut: <i>amo</i> . vel <i>Infinitum</i> est verbum, expressam habens negatio- nem, ut: <i>Non amo</i> . <i>Rectum</i> est verbum indicativi modi, præsentis tem- poris, ut: <i>amo</i> . vel <i>Obliquum</i> est verbum, aliis modi, quam indicativi, aliusve temporis quam præsentis, ut <i>amabam</i> , <i>ama</i> , <i>amem</i> , <i>amare</i> .
		2. <i>Quo-</i> <i>tempus?</i> <i>Re-</i>	

I. *Quid?*

1. Quid? Oratio est vox significativa, cuius partium aliqua significat aliquid separatum, ut dictio, non ut affirmatio aut negatio, ut Christus pro omnibus est mortuus.

1. Mentalis, quæ mente concipiatur. vel
est Vocalis sive oralis, quæ ore profertur. vel
vel Scripta, quæ scribitur.

Imperfecta, quæ in animo audientis non gignit sensum perfectum & absolutum, ut: *beatus homo*.

* Huc pertinet Aposopesis: ubi aliud ad perfectum sensum subintelligitur. *Qui cupit operam caru contingere metam, sc. multa tulus* &c. *Quam dix Domine?*

I. Imperativa, ut: *Ora & labora. Date Deo, qua Dei sunt.*

2. Interrogativa: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?*

3. Optativa. *Utinam pro te mortuus essem Absolon!*

4. Deprecativa. *Juppiter omnipotens precibus si fleteris ullis, aspice nos.*

Vel alia, quæ ad orationes non Logicas pertinent.

* Interdum quidem non enunciatiæ enunciatiæ æquipollent, formaliter tamen non sunt enunciatiæ, sed per æquipollentem & concomitantium sensum.

I. Quid? Enunciatio est oratio, quâ aliquid enunciatur: Vel, cui verum vel falsum inest: ut *Deus est benignus, Deus vult omnium misereri, Rom. 11.*

II. Materiales ex quibus tanquam materia Requisita sensu partes componitur oratio, ut sunt in enunciatione simplici termini, in composita, orationes.

2. Formalis, quæ est Enunciationis copula.

I. Ratione forma, secundum essentiam, qualitatem & quantitatem, juxta dictum: *Quæ, qualis, quanta*; vel ut versus habet:

QUÆ: CA: vel HYP. Qualis, NE: vel Aff. Quanta; Uni. Par. In. Siag.

II. Ratione materia, ubi alia vera, alia falsa, alia essentialis, alia accidentalis. &c.

IV. Affectione, quæ quintupl. ut in seqq. de singulis doceb.

QUÆ.

In qua oratione ut sic observanda sunt generatim duo.

III. Ora tio, ubi ob- ser- va	II. Quo in- plex? ubi	Non en- te- cia- ti- va, ut:
---	-----------------------------------	--

1. vel	vel Per- fe- cta,	vel
2. vel	qua vel	

Enū cia- ti- va, ubi	Requi- sa sen- tia partes
----------------------------------	------------------------------------

III.

Divi-
sio, di-
citur
vel

doceb.

QUÆSTIONES.

- Q. 1.** An voces sint signa rerum an conceptuum? **R.** Sunt & rerum & conceptuum; **R.** rerum non solum manifestativa, sed & simul suppositiva. **C**onceptuum autem solum manifestativa. Ad. Voices &c. Rerum manifestativa, quæ significantur rebus, &c. Rerum suppositiva, quæ significantur rebus, &c. Rerum immediate: nam si alterate velut hinc logica, firmam ratione, scripta & bona vox, ita vox est bona scripta & bona vox.
- Q. 2.** An nominis mutatio, novig, impositio vel primatus vel ad minimum prærogative, cuiusdam sit argumentum? **N.** arrumque. Non primatus, aliâs Saulus vocatus Paulus *Aetor.* 13.8. Filii Zebedei Boanerges *Marc.* 3.17. fuissent inter Apostolos capita & primi. Non prærogativæ aut excelleatiæ, quia Paulus se vocat minimum *1. Cor.* 15.9.
- Q. 3.** An verbum idem sit ac prædicatum, & nomen idem ac subjectum? **N.** Verbum est nota prædicati, non ipsum prædicatum, potest tamen prædicatum implicare in se & continere. Nomen nunc subjectum est nunc prædicatum: Nomen & verbum sunt voces simplices, subjectum & prædicatum possunt esse integræ orationes; Nomen & verbum potissimum absolute & extra enunciationem considerantur, subjectum & prædicatum intra, quatenus illud actu in oratione subjacet, hoc actu prædicatur.
- Q. 4.** An verbum possit in oratione infinitari? **D.** Si verbum est copula, non potest, quia tum oratio sit negans. Si verbum est prædicatum aut subjectum, potest, quia verbum infinitum subiecti aut prædicari potest, quod autem tale, in oratione locum habet.
- Q. 5.** Quæ oratio in definitione Aristotelica intelligitur? **R.** Perfecta & imperfecta, Enunciativa, & non Enunciativa, simplex & composita *Fr. d' Abr* 113.
- Q. 6.** An una vox, v.g. Nemo: Nullus, &c. possit dici Oratio. **N.** in rigore enim sunt distinctiones & partes orationis, non orationes. Affirmativa *Oviedo* placet p. 61.
- Q. 7.** An verba auditorio ignota possint ponî & adhiberi in oratione? **N.** Quia est contra naturam signi, nihil significare potentiae cognoscenti, cum ergo voces sint adhibenda tales, quæ auditoribus possint manifestare res, & mentem loquentis, non sunt assumenda peregrinæ & ignotæ. *Conf. Meif. Phil. sob.* 2. p. 577.
- Q. 8.** An oratio Imperativa in eo, quem respicit vel qui jubetur, semper presupponat vim agendi? **N.** Inde dici solet: *A precepto ad posse non V.C.* Jubemur omnes Deum diligere ex toto corde, &c. & totam adimplere legem, quod nunc ne sanctissimus quidem potest *Meif. c. 1.581. August. l. 1. de grat. & lib. arb. c. 16.* dicit: *Ideò Deus jubes aliqua, qua non possumus, ut noverimus, quid ab ipso petere debeamus.*
- Q. 9.** An definitio enunciationis Aristotelica sit à priori, an à posteriori? **A.** poster. Pruis enim in oratione est enunciare quid, quam verè vel falso enunciare, quæ veritas & falsitas sc. complexa, orationis proprium sunt. *Ovied. 16. Rnu. 592.*
- Q. 10.** An orationi conveniat veritas extrinsecè & significativè? **Aff.** quia ideo dicuntur veræ, quia significant rebus id convenire, quod pronunciatur. Neque verum est, quod formale veri rebus & orationi ex æquo & pariter conveniat.
- Q. 11.** An oratio in se manens vera, possit fieri falsa? **Aff.** In se quoad constructionem & conceptum nostrum manens eadem, quando res mutantur, vera abit in falsam ut *Petrus sedet, cō sedente vera est, cōdem surgente, falsa sit eadem.*

- Q. 12.** An veritas & falsitas in simplici rerum apprehensione inveniatur, an tantum in compositione & divisione? A. prius, quia & simplex illa apprehensio vel conformis vel disformis esse potest cum objecto vel re apprehensa. Fr. d' Abr. 113 Ovied. 105.
- Q. 13.** An articulus & vel alius, sit consensus nota subjecti? N. ipse isti & aliis tunc p̄t. Matthei 5. v. 13. vid coll. nostr. Phil. Theos. p. 63. 64.
- Q. 14.** An prædicatum semper sit vel latius vel aquale subjecto? Potest prædicari singulare de communi, item proprium i. modi, sed utrumque est angustius subjecto. vid. coll. Phil. Theos. p. 68.
- Q. 15.** Quando propositio fiat de extremo coniuncto? B. Quando extremum extremo jungitur, i.e. quando duo termini, quorum uterque potest esse seorsim subjectum vel prædicatum, conjunguntur, adeoque extrema illa ita comparata sunt, ut seorsim sumta duas possint efficere propositiones; Sic proposit. de extremo coniuncto sunt Q. homo est doctus vel indoctus. O. animal vel rationale vel irrationale est. Non autem homo est ens finitum, celeriter currit.
- Q. 16.** An quod prædicatum subjecto non potest jungi immediate, etiam ei non conveniat mediata. N. Rechè dicitur homo est incorruptibilis, immortalis &c. anima incorruptibili, licet dici non possit: Homo est incorruptibilis. Ita, Humana natura in Christo est infinita & aeterna, aeternâ & infinita potentia, licet dici nequeat, est aeterna, infinita, sicut dicitur omnipotens, omnipotens &c.
- Q. 17.** An copula notet identitatem? Aff. in propos. simplici affirmativa non autem in negativa. Copula semper conjungit & unit partes, quod illi essentiale est: In enunciatione autem simplici affirmativa & vera, fundamentum supponitur, quod ex re certa ratione identificantur & idem dicant, sive essentialiter sive accidentaliter &c.
- Q. 18.** An copula sit enunciationis pars materialis an formalis? Aff. posterius, quia præcipua formæ munera in enunciatione subit, dum ei partes materiales uniendo, esse confert, & simul eandem ab aliis orationibus distinguit.

AXIOMATA & EFFATA.

1. Dictionis via & virtus tantum est significativa. Non effectiva, vox ergo non sonat, non interficit.
2. Ubi de re convenit, de voce non est digrediendum. Si verè convenit, & vox non est suspecta & periculosa.
3. *Verba valent ut nummi*: Secundum estimationem, consensum & usum, à quo responde fallit: nam merè non est recedendum, sed verbis receptis utendum, nec in verborum usu quaerung. Sicutq; auctoranda est sapientia, saltem cayeatur, ne in errorem nos abripiant.
4. Sapientis est in vocum defectu & querendo, Ita Arist. c. VII. de Categ. quando correlata valet, qm̄ 1000 tū careat nomine proprio, jubet verba fingere, sed apta, congrua & minus suspecta. Nba.
5. Nomen Logicum est Rectum & Finitum. Ita & de verbo dicendum.
6. Interrogativa affirmantes sapientia & negantes affirmant fortius. Quis contra nos? Quid non causatur mali avaritia?
7. Veritas orationis est ab objecto, non subjecto. Quid quisque loquatur, non quis, respiciendum est.

CLASS.

35

CLASS. TABELL. NONA.

LIB. II.

DE SUPPOSITIONE ET ENUNCIAT. CATEG.

- I. *Nomen.* Suppositio dicitur à supponendo, supponere autem vel est surrogare, substituere, aut in locum alterius ponere, sive id fiat licet, sicut Christus dicitur se pro peccatis nostris supponuisse reum, & Princeps vel alius Vicarium; Sive illicite, sicut Testamentum supponit, qui adulterum substituit. *Vel est* ponere sub alio, ita ova supponuntur gallinis, fundamentum ædibus. Priori modo voces supponuntur pro rebus, quas significant, quarumque hæc dicuntur signa suppositiva.
- II. *Definitio.* Est acceptio vociis pro aliquo, pro quo in oratione ponitur, ut homo pro natura humana.
- | | |
|--|--|
| III.
Divisio.
Est vel

Propria,
est vel

Communi-
nis, est
vel

Personæ-
lis rursus
vel | <p><i>Materialis</i>, acceptio vociis pro seipso, i.e. literis & syllabis, ut homo est Gen. Mosa. vel</p> <p><i>Formalis</i>, est acceptio vociis pro re significata, ut Deus nos judicabit.</p> <p><i>Propria</i>, acceptio vociis pro nativo & proprio significato,</p> <p><i>Form.</i> ut Deus est aeternus. vel</p> <p>vel <i>Impropria</i>, est acceptio voci tropica, ut Deus est leo.</p> <p><i>Singularis</i>, est acceptio vociis pro uno tantum individuo, ut Petrus est Apostolus. vel</p> <p><i>Communis</i>, est acceptio vociis communis, non pro uno tantum individuo, ut angelus est spiritus, Deus est infinitus.</p> <p><i>Simplex</i>, acceptio vociis pro significato suo tantum immediato, & sine descentia ad inferiora, ut homo est species, Deus non gignit, non dico, hic vel ille homo est species, &c. vel</p> <p><i>Personalis</i>, est acceptio vociis pro significatis suis mediatis, i.e. cum descensu ad inferiora, pro quibus simul accipitur, ut homo est animal, in inferiorib⁹ dico, hic vel ille homo est animal, Petrus, Paulus, &c.</p> <p>*Significatum immediatum dicitur quibusdam natura communis præcisè formatur, & primò sumpta, vel significatum proximum, primum, formale, & principale. Sicut contra mediatum, significatum naturæ communis inferiora vel denominata, sive significatum remotum, secundarium vel secundum, non primum & materiale.</p> <p>I. <i>Distributiva</i>, est acceptio vociis pro significatis mediatis omnibus & singulis sigilla-
tim acceptis, ut homo est rationalis, ubi de omni-
bus individuis hu-
manis, quæ vox homo
significat, scil. Petro,
Paulo & aliis præda-
tur rationalitas.</p> <p>I.
Est
vel</p> <p><i>Absoluta</i> & <i>simplex</i>, ubi vox sine ulla
restrictione aut exceptione pro omni-
nō singulis accipitur, ut Deus
vult omnes homines salvari, i. Tim. 2.
Nullos perire, 2. Pet. 3. vel</p> <p><i>Accomoda</i>, secundum quid, restricta,
ubi vox pro omnib⁹ accipitur, cum
exceptione aut restrictione, ut Christo
sunt subjecta sunt omnia, i. Cor. 15, scil.
creata. Cœlum regit omnia, scil. infra
se posita.</p> |
|--|--|

E 2 vel

Enunciatio ratione substantiae.	vel	1. <i>Completa</i> pro singulis generibus, quando vox accipitur pro singulis suis inferioribus, quae significat, ut <i>homo est bipes</i> .
	2. <i>Collectiva</i> , vel copulata, est acceptio vocis pro significatis mediatis, copulatim simul aut collectivè lumpatis, ut <i>persona divina sunt tres, planetæ septem</i> &c.	2. <i>Incompleta</i> , pro generibus singulorum, quando vox pro omnibus generibus aut speciebus eâ voce significatis accipitur, ut <i>omnes morbi</i> (morbis species) à Christo fuit sanatus.
	3. <i>Confusa</i> vel <i>disjuncta</i> est acceptio vocis pro significatis mediatis vagè, confusè, & indeterminatè aut disjunctim particulâ disjunctivâ aut vel simili, enumerandis, ut <i>Quidam homo est dives i.e. hic vel iste, sive hic sive ille</i> .	
	4. <i>Disjunctiva</i> vel <i>determinata</i> (<i>Particularis</i>) est acceptio vocis pro significatis mediatis disjunctivè & determinatè partic. aut vel simili, enumerandis, v.g. <i>Q. homo est dives, i.e. hic homo est dives, aut illa homo est dives</i> , sensu diviso & disjuncto descensu, ubi part. aut, non disjungit terminos, sed integras propositiones.	
IV.		<i>Ampliatio</i> est acceptio vocis pro alio tempore, quam quod in verbo significatur, ut <i>cœcus videt</i> , i.e. qui fuit cœcus, homo i.e. qui fuit homo, est mortuus.
Annexa,		Sumitur vox vel pro alio tempore tantum, & dicitur alias <i>abstractione</i> , ut in Exempli adductis: Vel pro alio & simul pro hoc ipso in verbo expreso. v.g. <i>O. natus morietur. O. homo resurget</i> , i.e. qui nunc est, qui fuit, & qui erit. Quæ quandoque specialiter & contradistinctè <i>distractione</i> appellatur <i>ampliatio</i> .
quaꝝ sunt		<i>Status</i> est acceptio vocis pro tempore in verbo vel copula signific. ut <i>homo orat, cantat</i> &c.
Sim-		1. <i>Quid?</i> est enunciatio immediatè ex terminis, verbi copula conjunctis, constans, ut <i>homo est à Deo</i> .
plex,		1. <i>Subjectum</i> , de quo aliquid enunciatur.
ubi 3,	2. <i>Quaꝝ ejus partes?</i>	2. <i>Predicatum</i> , quod de alio enunciatur.
vel		3. <i>Copula verbi</i> , est, implicitè vel explicitè posita.
		Termini non ex situ & loco, sed ex natura prædicationis & dictæ descriptionis sunt dijudicandi, nam non raro contingit, ut <i>subjectum</i> postponatur & <i>predicatum</i> præcedat. v.g. <i>O. is est invocandus, qui est Pater. O. id est animal, quod est homo</i> . Item, potest etiam pro diversa habitudine & explicacione vel resolutione idem dici nunc <i>subjectum</i> , nunc <i>prædicatum</i> , ut <i>Deus est autor omnis boni. Omnis boni autor est Deus</i> . Causa peccati primaria est <i>Diabolus</i> .
Quo-	3. <i>De verbo substantivo</i> , ubi verbum	Secundi adjecti, ubi verbū substantiū sequitur aliud, ut <i>Deus est nihil</i> .
tu-	substantivum explicitè est co-	Vel <i>Deus est</i> .
plex?	pula, <i>homo est mortalis</i> , vel	Est vel.
est-	<i>De verbo adjectivo</i> , quaꝝ explicitè	Tertiū adjecti, ubi verbum substantiū sequitur loco prædicati, ut <i>Deus est iustus, benignus</i> , &c.
vel	constat alio verbo, quam sub-	
	stantivo, ut <i>homo peccat</i> , ubi rō	
	peccat verbum substantiū quidem in se continet, sed implicitè.	
	<i>Hypothetica</i> , de qua suo loco.	QUÆ.

QUÆSTIONES.

- Q. 1.** An doctrina suppositionis sit necessariò tradenda? A. Quia absque ea nec verus orationum sensus, nec terminorum distinctio atque diversitas aptè tradi & doceri potest, sicut manifestum est, pro diversa suppositione diversum haberi orationis sensum, quo non exposito & determinato, eadem propositio & vera & falsa esse potest, v.g. *Necessitatem aliquot homines perire, confusa vera est propositio, disjunctivæ falsa erit. Ita & Deum (in suppositione simplici) non gigni, verum est, in personali, falsum.* vid. *Horneius proc. disp. & Danhavv. Ide.* Absint tamen Scholasticorum & Summulistarum horrida & inculta capita, quæ nunquam attingere, quam operose exponere, satius est, *Mendoz. Fonsec. Horn.*
- Q. 2.** An Suppositio tantum locum habeat in propositione? N. Quia & in oratione non enunciativa voces accipiuntur pro rebus, ubi autem illud, suppositio locum habet. Affirmativam tenent *C. Lichtovatis, Venetus &c. alii.* vid. *Arriag. p. 8. §. 42. Fonsec. 20.*
- Q. 3.** An Suppositio materialis orationem Logicam efficiat? N. Oratio enim propriè dicta Logica constat nomine & verbo, suis verè terminis & vocibus *Logicis*, termini autem Logici sunt significantes i.e. signa rerum pro quibus ponuntur, unde signa suppositiva audiunt, aliquid aliud potentiae cognoscitivæ ingerentia. In materiali a. S. vox tale signum non est, quia pro se ipsa ponitur. *Fonseca l. 8. Inst. c. 21. & ex eo Dn. D. Danhavverus. Fr. Marciam* hac in re laudans.
- Q. 4.** An Suppositio absoluta sit media inter simplicem & personalem? N. Accipitur vox vel tantum pro significato immediato, vel non tantum ita accipitur, qui termini sunt contradictorii omne medium excludentes. Quod ergo *Fonseca* de absoluta dicit, ubi vox supponatur pro immediato & mediato significato v.g. *homo est animal*, nos ad personale referimus, sicut ipse docet *Fonseca*, nihil accipi absolute, quod non accipiatur personaliter, & ab solutu semper conjungic cum personali c. 27.
- Q. 5.** An subiectum signi incapax seu, cui signum praefigi nequit, supponatur simpliciter? A. Quia tale respuit descensum & pro inferioribus non accipitur. Unde firmum arbitramur illud utrumque *Fonseca*: *Nullum nomen commune notatum signo supponit simpliciter, & O. nom com. notatum signo, accipitur personaliter c. 24. 25.*
- Q. 6.** An Suppositio simplex per hoc à personali differat, quod illuc vox subiecti notioni secunda, hic prima? N. contra *Scotum, Mendozam, Arriagam &c.* Quia omnis vox naturam communem simpliciter, primò præcisè & immediate tantum, absque descenditu ad inferiora notans, supponitur simpliciter, sive subiecti notioni secunda, ut *homo est species, animal est genus &c.* Sive prima, ut *Deus non gignit, non est persona* vel suppositum. Quanquam *Fonseca* concedat, omne nomen, de quo afflatur aliquod ex hisce: *Universale, genus, species &c.* accipi simpliciter, tamen non contrà. Imò, neque antecedens simpliciter est suscipiendum, quandoquidem enunciatio hæc: *Aliquod animal est species, ad suppositionem personalem eamque confusam non immetit* à multis refertur, dum vel hoc vel illud animal indeterminate significatur subjecto. Judicium igitur suppositionis, simplicis & personalis vel ex definitionibus vel regulis 1. & 2. infra politis defundendum erit.

Fundamenta ois predicationis seu propositis affirm. est identitas iuxta spiritum, et predicatio, quod est predicatio ne quem facilius differat, ut e. hoc est hoc: hoc est spiritus. Identitas est univocatio, dicitur, quando spiritus et predicatio est differens. **CLASS. TABELL. DECIMA.** **LIB. II.**
 spiritus est predicatio, quando est differens. **CLASS. TABELL. DECIMA.** **LIB. II.**
 quando est predicatio est differens. **CLASS. TABELL. DECIMA.** **LIB. II.**

QUALITATE ET QUANTITATE.

Tab. I. ubi Enunciatio ration. QUALITATIS EST VEL

TATIS EST VEL

Affirmativa, cuius prædicatum subjecto tribuitur, ut Deus omnia bene fecit.

1. Quid: cuius prædicatum à subjecto divellitur, per negationem copulam totius sufficientem, ut: *Johannes non est Christus.*

Implicita seu virtualis quæ negationem expressam non habet, sed eam involvit particula aliqua vel exclusiva vel exceptiva vel alia similis, ut: *Solus Christus nos redemit. Pauci sunt electi.*

vel

2. Quo-
duplex?
Vel

Explicita, formalis, & actualis, quæ expressam habet negationem, ut: *Deus non dat Spiritum ad mensuram Job. 3.*

1. Negatio ponitur immediatè ante copulam, ut: *Christus non ambulat in tenebris, Job. 8.*

2. Negatio ponitur ante signum quantitatis, ut: *Non omnis qui dicit Domine, introibit &c. Matth. 7.*

3. Ipsum signum quantitatis est negativum, ut: *Nullus peccator exauditur. Job. 9.*

Similis huic divisioni est, quæ Enunciatio dividitur in Finitam & Infinitam.

Finita est eius termini sunt finiti. Infinita, cuius vel unus, vel omnes termini sunt infiniti.

1. Ex parte infiniti subjecti, ut: *Non albus est niger.*

2. Ex parte infiniti prædicati, ut: *Niger non est albus.*

3. Ex parte utriusque termini infiniti, ut: *Non angelus est non creator. Non N. non hoc &c.*

Absoluta, quæ enunciat universaliter, scilicet sine ullâ restrictione, ut: *Omnis rationale numerus est à Deo, Iac. 1.*

1. Universalis cuius prædicatur vel omni vel nulli subjecto inest, vel, cuius Subjectum habet signum quantitatis universale, ut: *Omnis potest Christo data est. Matth. 28.*

*Signa universalitatis sunt: *Omnis, Nullus, Quisquis, Unusquisque, Nemo, Nihil, Nemo non, Non aliquis &c. item Neuter, uterque.*

* Requi-

2. Infinita est triplex.

EST VEL

Accommodata, quæ admitit restrictionem, ut: *Omnis opes, scilicet profanæ est prohibitum in Sabbatho.*

VEL

vel

BLB

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK

Tab. II. ubi Enunciatio ratione QUANTI.

- * Requiritur autem ut illud signum addatur subjecto 1. *Principali* & in calu recto, non minus *principali* & calui obliquo 2. *Subjecto communi*, quando enim *singulare* est, non est *positivè* & *formaliter* Enunciatio universalis, sed *virtualiter* & *negativè* (c. quatenus nihil sub cali subjecto singulari sum potest, de quo non enuncietur prædicatum 3. Accipitur signum non *collectivè*, ut in *suppos.collektiva* vel *copulata*, non *synecdochice*, pro majori parte; ut: *Omnis Iudea exiit ad Iohannem Matth.3.* Sed *distributivè* & quidem *complete* pro *singulis generum*, ita ut liceat dicere alle und jede non *incompletè* pro *generibus singulorum*, vor allerley de quo in suppositione dictum.
2. *Particularis*, Cujus subjectum habet signum particularē; ut: *Quidam homo salvatur*,
- * Signa Particularitatis sunt; *Aliquis*, *Quidam*, *Plures*, *Pauci*, *Plerique*, *Alter*, *Alteruter*, *Ex parte*, *rari*, *non omnis*, &c.
3. *Indefinita*, cuius subjectum commune nullum habet signum; ut: *Credens in Christum salvabitur*.
- * Requiritur autem 1. *Carentia signi*. 2. *Subjectum commune*. 3. *Tale commune*, cui signum in illa eadem enunciatione addi possit, licet actu illud non sit additum.
4. *Singularis*, cuius subjectum est terminus singularis, vel individuum; ut: *Christus est Salvator mundi*.

QUÆSTIONES.

- Q. 1. An Enunciatio Affir. à Negativa specie differat? A. Quia Aff. & Neg per essentiales differentias, conjunctionem seu separationem seu divisionem extremorum, opponuntur, ut in æquâ & immediatâ divisione essentialiter divisum participant. Ruy pag. 396. Ovid. 16. Corn. 186. ffend. 317.
- Q. 2. An extrema realiter distincta possint de se invicem affirmari? A. Evidem extrema affirmativa semper habent unionem aliquam & identitatem, unionem vel essentialem, vel accidentalem, vel personalem vel sacramentalem, vel aliam, ita & identitatem vel rei, vel suppositi aucti subjecti, vel aliam, quod autem illa extrema vel semper habeant unionem & identitatem essentialem vel talem nomen convenientiam, ut capropter non possint dici realiter distincta, omnino negatur, nec aliter concipi potest, siquidem id manifestum testantur plura exempla.
- Q. 3. An eadem Enunciatio possit dici negans & affirmans? Aff. Non quidem eodem respectu, quasi eadem ratione, quâ negans est, simul sit affirmans, & contrâ, sed diversâ habitudine & resolutione, eadem, quæ v.g. absolutè & extra Syllogismum considerata, dicitur verè negans, cum respectu in resolutione & dispositione syllogistica, quâ negatio non ad copulam, ut videtur, sed ad terminum pertinet, verè & formaliter potest esse & dici affirmans & contrâ, v.g. Hæc, *Homo non est accidens*, in hoc Syll. *Quicquid non est accidens, est Substantia*, *Homo non est accidens*. E. est affirmans: Et hæc: *Charitas proximi non est ex fide*: dum est conclusio hujus Syll. Q. non est ex fide, peccatum est. *Charitas proximi non est peccatum*. E. Sicut ostendit

ostendit resolutio Syllogistica. Quemadmodum a. non est absurdum, eundem terminum mox esse univocum, mox æquivocum, mox consentaneum, mox dissentaneum &c. Eandemque orationem diversa habitudine esse simplicem & compositam, universalem & particularem, ut jam sequetur, exclusivam exclusi subjecti, exclusi prædicati, aut exclusi etiam signi, ita etiam absurdum non est, enunciationem eandem diversâ habitudine esse affirmantem & negantem, manente tamen essentiali inter eas oppositione.

Q. 4. An negatio ante signum, v.g. non omnis, inferat biparticulares? N. Formaliter dicit particularem, quia destruit universalem, & negantem, quia destruit affirmantem, adeoque, non omnis, formaliter est, quidam non, non autem simul *Quidam*, nisi se quatur talis particulatis affirmans ratione materiae. Vid. contra Vallam & alios Dn. Stahl. Quæst. Log. p. 438. Atque sic præcipitanter Bellarminus infert l. i. de Purgat. c. 4. Non omne peccatum remittitur in altero seculo, *E. Quoddam remittitur illuc*. Quæ particularis affirmans ex illa negante minime sequitur, neque in illa continetur.

Q. 5. An semper omnis non, sit nullus? A. quia talis negatio regulariter & formaliter universalitatem non tollit, quando autem *omnis non* aliquando infert particularem, aut *non omnis* universalem negantem, sit ex usu loquendi, ubi specialis intentio dicentis potius respicitur, quamvis formalis verborum, ut: *Non facies omne opus Exod. 20. Niſi abbrevientur dies, non salvaretur omnis caro*, Matth. 24. *Omnis, qui dicuntur Studiosi, non sunt tales*. Potest proinde eadem quoque propositio dici universalis & particularis, ut, *Omnis homo non est doctus*, elevatione expressâ in signo, contrâ remissione facta in particula *non*, est universalis; ex regula: *Omnis non, est nullus*. Si vero eadem pronuncietur, ut elevatio fiat in particula *non*, remissio in signo, *Omnis homo non est doctus*, i.e. ex intentione speciali removentis hanc: *Omnis homo est doctus*, *omnis non, est non omnis*, particularis sit.

Q. 6. An infinita distinguitur à negante? A. Illa enim ut talis non habet terminorum divisionem, sed conjunctionem: Hæc autem habet terminorum divisionem, adeoque essentialiter differunt. Nam negatio illuc est pars prædicati, si autem est pars prædicati, simul cum prædicato sumitur, & subjecto tribuitur, Contra: Caram. Log. Voc. p. 151.

Q. 7. An infinita prædicati non sic vera, niſi subjectum existat in rebus natura? N. quia hæ sunt veræ, *Homo est non bestia*, *Chimera est non ens*, non homo &c. et si non ponatur subjectorum existentia, imò, ita necesse est statuere de terminis contradictionis omne medium respuentibus, ut alter de quovis, sive existat, sive non existat, afflmetur.

Q. 8. An adverbia temporis & locisint signa universalia? N. Contra Kecker. Titelmo. Wendelinum &c. Hæ enim particulares sunt: Semper aliquis homo salvatur. Ubique aliquis homo est pauper. Nunquam omnis homo est Philosophus. Vid. Disp. Colleg. Phil. Th. 3. p. 48.

Q. 9. An particula exclusiva solus, vim habeat universalitatis? N. D. i. Exclusiva signi, excludens universalitatem, non potest dici universalis, v. g. *Tantum aliqui studiosi adhibent*

adhibent diligentiam. 2. Exclusiva exclusi subjecti, sive affirmans sive negans sit, ratione praesentis est indefinita, adeoque ratione materia potest fieri universalis & particularis; ut: *Solus homo est doctus, relinquit, homo est doctus, quæque pollet particulari &c.* sic & negantes, v.g. *Solus homo non est pius, non solus est pius;* praesentes sunt, *homo non est pius, homo est pius,* quas universales nemo dixerit. Potest tamen ratione specialiter exponentis fieri universalis: v.g. *Quicunque non est homo non est doctus.*

Q. 10. *An multus inferat omnis?* N. Vox multus formaliter dicit negationem paucitatis, & infert particularitatem, cum excessu ultra dimidium. Materialiter nunc universaliter nunc particulariter potest exponi, sicut ipsi Calviniani quidam contentur, vide d.C.p. 83.

Q. 11. *An collectiva possint dici singulares?* A. quia praedicatum intelligitur de uno alio quo, quod in copulatione & conjunctione punctum pro pluribus sigillatim acceptis non supponitur.

Q. 12. *An propositiones ideales, quales sunt: Homo est species, Animal est genus &c.* sint singulares vel indefinita? D. Singulares sunt, quando subjecto non potest praesigilium, dum sc. subjectum intelligitur singulare quoddam universale, id est, singulare non in genere rerum, sed in genere universalium, ut inquit Ebelius. Et indefinita tamen dicilagior, quando subjecto potest praesigi signum, & subjectum quoddam commune significatur vagè sumtum. Ut, exponantur illæ: quoddam quod est homo, est species, i.e. aliquid ens; Quoddam quod est animal, (ut bestia) est genus, est species.

AXIOMATA ET EFFATA.

1. *Unius affirmatio non est statim alterius negatio.* Perperam: Christus oravit pro discipulis, E. non pro aliis. Et, *Unius negatio non est statim alterius affirmatio.* Non sequitur: Peccatum in Spiritum S. neque hic neque illic dimittetur: E. datur purgatorium, Christus non condemnavit, E. absolvit adulteram Joh. IIX.
2. *Negatio est naturae malignantis, quicquid post se inventus, destruie.* Post, non ante sensu ex usu speciali & intentione dicentis per accidens.
3. *Dua negationes (se mutuo perimentes, & simul eandem copulam affidentes) apud Latinos affirmantur.*
4. *Affirmans incumbit probatio.* Qui enim rem profert, ut credatur, necesse habet probare.
5. *Negatio negat de subjecto totum prædicatum quam totum, v.g. Socrates non est homo volans, totum (homo volans) negatur.*
6. *Affirmatio est prior negatione.* Suâ, non quæcumque, in aetn exercito, non in agmina signato, in illis quæ sunt, non quæ fiunt.
7. *De quolibet vera est affirmatio aut negatio.* Medium non datur.
8. *Universalis restricta aequipollit particulari.* Materialiter.
9. *Particularis de se non negat universalem.* Chi subordinatur.
10. *Indefinita in materia contingentis aequipollit particulari, in materia necessaria & impossibili universalis.*

DE



DE DIVISIONIBUS ENUNCIATIONIS RATIO-

NE MATERIAE ET MODI.

Enunciatio ratione Materiae est

1. *Vera*, quæ conformis est rei significata. *Vel*, quæ dicit esse quod est, & non esse, quod non est. *Vel*
- Falsa*, quæ non consentit cum re significata: *Vel*, quæ dicit esse quod non est, & non esse quod est.
2. *Ordinata*, quâ prædicatio fit convenienter terminis, i.e. prædicatur l. æquale de æquali, vel accidens de substantia, l. superiorius quodvis de inferiori & concretum de alio abstracto, ut *homo est animal*. *Vel*
- Inordinata*, quâ prædicatur, quod aptum est subjici. *Sive contra*, sive præter naturam, ut *animal est homo*.
3. *Externa*, quando forma prædicati non est in ipso subjecto, sed extra illud, ut *paries est visus*. *Vel*
- Interna*, quando forma prædicati est in subjecto, ut *homo est doctus*.
4. *Essentialis*, cuius totum prædicatum est de essentia subjecti, ut *homo est animal*; *rationalis &c.* *Vel*
- Accidentalis*, cuius prædicatum vel planè non est, vel saltem totum non est de essentia subjecti, ut *Petrus est homo doctus*.
- Necessaria*, cuius prædicatum non potest non convenire subjecto, ut *homo est animal*.
5. *Contingens*, cuius prædicatum potest convenire & non convenire subjecto; ut *homo est justus*. *Vel*
- Impossibilis*, cuius prædicatum non potest convenire subjecto, ut *homo est lapis*.
- * Aliud est prop. necessaria, aliud de materia necessaria, propositio de mat. necessaria non statim est necessaria, potest etiam esse impossibilis, v.g. *homo non est animal*, est imposs. sic & aliud est prop. Impossibilis, & aliud de materia impossibili, prop. de materia imposs. potest esse necessaria, ut *homo non est lapis*, est necessaria.
1. *Quid modus?* *g.* Est determinatio totius compositionis, specialem terminorum ad se invicem exprimens habitudinem, v.g. modus *necessus* denotat talem terminorum nexum atque habitudinem, ut non possint non convenire, in hac, *Nec: hominem esse animal*.
- * *O.* modus est determinatio vel præfinitio rei significatae. Cùm autem alia sit materialis & partium, alia formalis & totius, hæc intelligitur sola. Illa huc non spectans est vel partium sive subjecti, v.g. *homo doctus currit*. *Sive prædicati*, ut *Petrus celeriter currit*. *Vel totius*; Totius vel ad *intra*, ratione rei significatae vel *vere* vel *falso*. *Vel ad Extra*, ratione intellectus nostri cognoscantis rem enunciatam, ut *credimus est scitum est &c.*
2. *Quotuplex?* *g.* quadruplex. *Necessus, Contingens Possibile & Impossibile.*

- Enunc. ratione Modis et vel Absoluta vel
- * *Nec : dicit rem non posse non esse. Contra. rem esse ut possit non esse. Posse, rem non esse ut possit esse. Imperative. rem nec esse nec posse esse.* Hisoli sunt modi formales, reliqui sunt materiales, ut *verum est, falsum &c. de quo in qq.*
 - 3. *Quid enunciatio modalis?* *Et. Quae constat aliquo ex hisce 4. modis. Vel, ubi habetur modus dicto additus, qui significat, quomodo praedicatum subiecto convenientiat, ut *Nec : est hominem esse animal.**
 - * *In modal, 2. sunt 1. modus. 2. dictum, quod est enunciatio absoluta, cui additur modus. Modus autem accipitur vel in actu signato, quando est ipsum subiectum vel praedicatum vel pars aut descriptio subiecti, ut *Necessarium non est contingens.* Haec propositio: *Petrus est homo, est necessaria &c. vel in actu exercito,* quando scil. exercet vim terminorum habitudinem exprimendi, ut *Nec : est Petrum esse hominem.* In actu exercito facit enunciatio modalem, in signato, absolutam.*
 - 4. *Quotuplex? En. modalis est 1. vel*

*Composita, ubi modus nominaliter vel verbaliter positus, de toto dicto, quasi de termino, praedicatur, ut *N. hominem esse animal.* Conting. hominem esse dictum. &c.*

Vel

*Divisa, ubi modus adverbialiter vel verbaliter inter terminos positus, eos quasi dividit, ut *homo necessario est animal, contingenter dictus, possibiliter, (vel potest esse) dives, adoratus (non potest esse) lapis.**

*Affirmativa, ubi modo nulla praefigitur negatio, ut *Nec : Deum esse justum.**

*Negativa, ubi modo additur negatio, ut *non necesse est hominem peccare.**
 - * *Dicitur etiam negans, quando in dicto habetur negatio, v. g. *Nec : hominem non esse Deum.* Ast cum hic vel solius vel potissimum modi habeatur ratio, illius respectu nunc definitionem posuimus.*
 - 3. *Ratione quantitatis, vel*

Universalis, cuius modus est universalis, quales sunt: Necesse & Impossibile.

Vel

Particularis, cuius modus est particularis, quales sunt, contingens & possibile.
 - * *Est quantitas vel dicti vel modi. De illa sat dictum in disp. X, ut quando dico, *N. est omnem hominem esse animal.* Hujus ex eadem ratione saltem in def. meminimus, quia scilicet hic potissimum consideratur Modus. Alias si utriusque quantitas explicanda esset, daretur 1. universalis vel part. 1. ratione modi 2. ratione dicti 3. ratione utrinque & dicti & modi, quae dici potest absoluete universalis vel particularis, &c. denique. 4. Mixta, universalis ratione dicti, particularis ratione modi. vel contr. ut *Contra omnem hominem dormire.**
- QUAE

QUÆSTIONES.

Q. 1. An Enunciatio singularis de fut. contingentis sit determinata veritatis aut falsitatis?
 R. Si determinata est veritas, qua oratio determinatè & disjunctivè ita dicitur vera, ut pro tempore, quo vera dicitur, non possit esse fallax, & quæ falsa, pro eo tempore non possit esse vera. Negatur, quia res illa futura contingens adhuc dependet à libertate suæ causæ, ut possit produci, & non produci, esse & non esse, esse ita & esse aliter, quod a. ita se se habet, determinatè verum non est. Proinde illi non videatur nobis errare, qui asserunt in dictis propositionibus determinationem i. respellere DE omnia determinatè & immutabiliter intuentis, negant respectu nostri & rerum significatarum 2. in sensu disjunctivo, ratione terminorum, ubi alterutrum erit, Petrus aut disputabit, aut non disputabit: Negant in sensu disjunctivo, ratione integræ orationis, quia nondum determinari potest, utra seorsim & disjunctivè sit vera, Petrus disputabit, aut, Petrus non disputabit, sensu composito ex multiplici suppositione, quâ supponitur operatio causæ secundæ liberae, hoc vel illo modo & tempore proditur, Negant in sensu diviso. Conf. Slev. p. 607. 608. §. 9. p. 609. 610.

Q. 2. An doctrina modalium utiliter & necessariè tradenda? A. quia tales enunciaciones in sacris & profanis occurunt, quæ vel explicandæ vel resolvendæ secundum præcepta Logica, non possunt non tradi à Logico ad avertendas errorum & sophismatum sentinas.

Q. 3. An modalis specie differat ab absoluta? R. sensu questionis potest esse triplex: 1. an modalis tertiam speciem constituat inter enunc. simplicem seu absolutam & hypotheticam, sicut existimant, Franciscus, d' Abra. Cornarius &c. ita negatur quæstio & modalis ad simplicem refertur, sicut ex identitate copula, materia & affectionum relinquitur. 2. An modalis & absoluta non differant nisi tantum voce & nomine, sensu a. formalí adeoq; specie specialissimâ convenient, sicut nonnulli gravissimi Dd. explicant? Et ita rursus negatur, nam longè aliud formaliter dicitur, homo est doctus, ubi simpliciter illa convenientia assentitur, quam si dicitur, Contingit hominem esse doctum, ubi terminorum habitudo exprimitur & significatur, quomodo homini doctrina convenientiat, sc. ita, ut possit eidem etiam non convenire. 3. An modalis formaliter talis differat ab absoluta, quæ tamen modum haberet in communione termini, adeoque modalis est materialiter? Aff. distinguunt enim sicut oratio negans & infinita, licet ratione fundamenti materiæ & consequentiæ convenient, differunt tamen sensu formalí & definitione, v.g. Nec: O. corpus esse substantiam ex materia & forma. Et, O. corpus est substantia, necessariè constans ex materia & forma.

Q. 4. An plures quam 4. modi? N. quia nonnisi 4. modis tota compositione efficitur terminorumque habitudo significatur & determinatur. Non ergo sunt infiniti modi. Non sunt 6. 8. aut decem. Nam verum & falsum sunt determinationes materialis, simpliciter rem rei verè convenire vel falso significantes, non a. quomodo. Pot se pertinet ad Necesse: Per accidens ad Contingens.

Q. 5. An modus pertinet ad copulam, an ad predicatum? R. Modus non est praedicatum, nam i. afficit totam compositionem, quod non facit praedicatum? 2. Si esset

prædicatum; vel idem terminus ter poneretur in syllogismo, ut *Nec: est hominem esse animal.* Nec: hominem esse rationalem. E. Nec: rationale esse animal. vel medius ingredetur conclusionem: vel in legitimo syllogismo possent esse 4. termini, ut *N. hominem esse rationalem.* Petrus est homo. E. Sed pertinet ad copulam, non quasi pars sit copulae, sed tantum determinando ipsam unionem & connexionem terminorum, ita tamen, ut in resolutione stare possit à parte prædicati, sicut negatio afficiens alias copulam, in resolutione quoque ad prædicatum rescripsi potest, unde hæc à parte residem inferunt. *Nec: hominem esse animal.* *Homonecessariò est animal.* *Homo est id, quod non potest non esse animal,* siquidem quod necessariò est, non potest non esse & necesse est esse.

Q. 6. *An Modalis composita possit salvâ veritate Logicâ fieri divisa, ita ut absq; veritatis prejudicio possim dicere.* Nec: est hominem esse animal. E. Homo necessariò est animal, & sic in ceteris? A. quia sese habent ut exponens & exponenda, neque solida potest ostendi differentia alia, quam vocalis & Grammaticalis, ut rectè docet Ariaga p.19. Crellius p.130. Schaffius 429. Dannhauv. 18. Jacob. Martini, Hopfnerus & plures alii. Contrarium propugnat, Nibusius, quem non improbat Dn. Scheibleyus cum aliis nonnullis recentioribus.

Q. 7. *An modalis, composita & divisa, utraque sit verè & propriè modalis?* Fonseca pag.121. ex: statim, divitas non esse proprias modales & de solis compositis Philolophum egisse, sub nomine modalium. Alii, ut Tataretus cum recentioribus quibusdam, idem de composita tenent, sed nos utramque verè modalem arbitramur, quia in utraque modus modus ficit, determinat & afficit compositionem, adeoque ponitur in actu exercitio. vid. Scheibl. p.611.

Q. 8. *An oppositio fiat ratione modian ratione dicti?* Bz. Illud Cornelius Analyt. p.59. cum Conimb. p.123. Hoc Jacobus Martin. p.312. assertit. Nos Conciliationem amamus ex intentione dicentis: Vel intenditur tantum remotio dicti, non modi, & cum respectu illius potest fieri contradic̄to. v.g. Necesse est omnem hominem errare. Necesse est omnem hominem non errare. Vel solus modus est tollendus, non dictū, eum modo immediate præfigitur negatio. Ut necesse est hominem esse doctū, Non necesse est &c. Vel quandoque utrumque est tollendum, in quo casu utriusque præfigatur negatio, hunc in modum. Necesse est Pontificem Romanum esse judicem. Neque est, neque necesse est esse &c.

AXIOMATA ET EFFATA.

1. *Demodalibus non gustavit asinus.* Non est hæc doctrina ingenii stupidis sed politi.
2. *O. Modus.* (modalem faciens propositionem) determinatio est, sed non contra.
3. *Quod necessarium est, per se esse putasur, quodque contingens, per accidens.*
4. *O. quod contingit, possibile est, sed non contra.* Ab esse ad posse V.C. sed non à posse ad esse.
5. *Impossibile dicit necessitatem, (ejus quod non est) non necessariam terminorum connexionem.*
6. *Modalis, necessariò & contingenter vera est.* Sicut esse sese habet, ita & verum esse.
7. *Qui negat modum, non statim negat & dictum, & V.V.*
8. *Modalis variata Grammaticè, non statim variatur Logicè, sensus enim potest esse idem*

DE EN. EXRONIB. IN GEN. ET IN SPECIE.

- In gen. confid. TRIA*
1. *An sit de ea tanquam propria orationis specie agendum?* 2. *Omnis distincta orationis species in Sacris & profanis occurrentes, in Logica distincte est explicanda.*
 2. *Quid sit?* Est oratio indigens ob difficultatem, ex certa particula oria, expositione.
 - * *Exponibilis* (1) dicitur *modalis secundaria*, sicut enim modalis primaria speciatim est expenda & tractanda propter particulam quandam difficultatem aliquam causantem, ita & haec exponibilis: unde & nomen obtinuit. (2) dicitur oratio vel enuntiatio, quia aliquid enunciatur. (3) habet difficultatem ex quadam particula, quae se afficit, totam propositionis formalem tenet, & structuram.
 3. *Quotuplex?* 4. *Quadruplex?* Est enim vel exclusiva, vel exceptiva, vel restrictiva, vel comparativa.
 1. *Definitio.* Exclusiva est, quae constat signo exclusivo, totam connexionem aſſiciente, ut *solus DEUS est bonus*. Signa exclusiva sunt. *Solus, tantum, solusmodo, dicitur ad saltem, adduntur multis & pauci.*
 1. *Exclusi subjecti*, quando signum additur subjecto (i.e.) quando vis signi exclusivi fertur in subjectum, omnia alia à subjecto illo distincta & diversa à participatione prædicati excludens, vel, si negativa fuerit, (non excludens) *solus Christus nos liberavit sanguine* (2). *Tantum Aliqui PROFESSORES adſunt.*
 2. *Divisio* Est vel *Exclusi prædicati*, quando signum additur prædicato (i.e.) quando vis signi fertur in prædicatura &c. ut *DEUS non est tantum justus*.
 3. *Exclusi signi*, quando exclusio fit in signo quantitatis, ut, *tantum ALIQUI Professores adſunt.*
 3. *Expositio*: Exclusiva exponitur per duas, *præſentem & poſſiacentem*, (que posterior etiam specialiter dicitur exponens, vel alia exponens additur.) *Præſacens* & dictum absque signo, ut *Christus nos liberavit*. *Postſacens*, est alterum sensum clarius exhibens, ut *Q. non est Christus, non liberavit nos*. Vel, que quoque specialiter exponens dici potest: *Christus, & nemo alius, nos liberavit*. Sic & negans exponitur, v.g. *Non solus homo est à DEO creatus*. *Præj. Homo est à DEO creatus*. *Exp. Aliquod, quod non est homo, est à DEO creatum*. Vel, *quoddam, quod diversum est ab homine, est à DEO creatum*.
 1. *An sit distincta ab exclusiva?* A. Differunt 1. definitione. 2. expositione. 3. subjecti conditione.
 - Subjectum enim in exclusione subjecti potest esse proprium, si requiritur *commune*, sub quo res excepta alias continetur, nihil enim a subjecto individuo, sub quo nihil continetur, potest excipi, haec igitur, *solus Petrus aliquid Christum, non est exceptiva sed exclusiva*.
 2. *Quid?* Quae constat signo exceptivè sumto, ut *O. homo, preter Christum, est peccator*. *Nemo hominum iudicatur, nisi credens in Christum*. *Nemo novit Filium nisi Pater*. Signa exceptiva sunt, *preter, excipe, non nisi &c.*
 3. *Quoniamplex?* Est vel *Excepit subjecti*, quando à subjecto quid excipitur, ut *O. angelus, excepto diabolo, est sanctus*. *Vel*
 - Excepit prædicati*, quando à prædicato quid excipitur, ut *Petrus lassitudinem in omnibus, excepto peccato, Christus est nobis similia personarum, excepto peccato*. *Quaque illius potissima habet puritatem, quae & frequenter*

4. *Expon-*

- ❧ 48 ❧
4. **Expositio.** Exponitur per tres vel quatuor v. g. affirmans hæc. *O. angelus præter diabolum est bonus. Ang. est bonus. 2. Diab. est angelus 3. Diabolus non est bonus. O. angelus, qui non est diabolus, est bonus.* Hæc ultima potest specialiter dici exponens. Negans autem etiam universalis ita. *N. angelus præter diabolum, mentitur, 1. Angelus non mentitur. 2. Diabolus est angelus. 3. Diabolus mentitur.*
4. *N angelus, qui non est diabolus, mentitur.*
5. **Nomen.** Restrictiva dicitur aliis, nomine specifico ad genus traducte, reduplicativa. Quibusdam limitativa, quibusdam respectiva.
2. **Definitio.** Est oratio exponib. constans signo restrictivo, cädente super copulam, i.e. prædicatum ita restringente, ut ostendatur, qua ex causa, vel quâ ratione aut respectu, subjecto conveniat vel non conveniat, ut homo quatenus est rationalis est risibilis. Signa restrictiva sunt, quâ quatenus, quoad juxta, secundū &c. Signum reduplicativum materialiter sumtum, quatenus sit in communionem & descriptionem subjecti, ut *O animal quod quatenus tale fonsit, appetit. O homo qui nunc secundū corpus est mortalis, est ad immortalitatem eratus. Fides sine operibus est res mortua.* Qui secundum humanitatem sedet ad dextram DEI est Patri equalis &c. Non facit propositionem exponibilem, sed tñlinquit eam absolutam.
- Reduplicativa, quando signum accipitur reduplicative, i.e. causaliter, ut indicet causam, quare prædicatum subjecto conveniat, ut homo quâ rationalis est capax discipline.
3. **Divisio.** Est vel
- Td qua verò non semper norat causam essendi, sed quandoque cognoscendi & consequendi.
- Vel
- Specificativa, quando signum accipitur specificative, ut specificet & designet subjecti partem, speciem & rationem, sub qua vel secundum quam prædicatum intelligi debet, ut *Aethiops quo ad dentes est albus. Corpus quâ coloratum, est objectum visus.*
- Nota 1. quod eadem propositio diversimodè accepta & exposita possit inducere sensum reduplicativum & specificativum, ut *Filius DEI secundum Deitatem est pari equalis. Homo quoad animam rationalem est intelligens. Ens quærens est objectum Metaphysics. 2. Consecutiva & quæ sunt conditionis sine quanon, possunt ad specificativam referri, ut homo quatenus est capax discipline, est rationalis. Ignis quæ proprie est, urit, ubi quâ exponitur per se.*
4. **Expositio Reduplicativa** sit per partic. quia; Specificativa per partic. occasione, ratione, respectu, ex parte, si, vel alias specificationem exprimente, v.g. *Homo quâ rationalis (i.e. quia ration.) est risib. Aethiops quoad dentes, i.e. respectu vel ex parte dentium &c. Corpus quâ coloratum, i.e. respectu & ratione coloris &c. Homo quâ capax discipline, est risibilis, i.e. si est capax &c.*
1. **Quid?** Quid. Quæ constat particulâ quâdam comparationem inferente, ut Deus superior est homine.
2. **Quotuplex?** Est vel propria, ubi tertium comparationis utrique comparatorum convenit, licet secundum magis & minus. Vel impropria, ubi tertium comp. vel uni saltem vel nulli comparatorum convenit, ut nubere est molius quam uiri, ignis non est frigidior terra.
3. **Quis sit expomenda?** Ita ut significetur, an & quomodo secundum excessum & defectum, comparata tertium comparationis participant, v.g. *Paulus est doctor Petrus. Paulus doctor, Pet. est doctor, Paulus Petrum excedit doctrinam.* **Quæ-**

QUÆSTIONES.

Q. 1. Qualis hic occurrat difficultas exponenda? **R.** Non objectiva, quasi res, materia aut termini propositionis obscuritatem habeant. *Non subjectiva*, quasi nulla sit nisi in subiecto tardi & stupidi ingenii. Non modalis ex aliquo modo proveniens. Sed formalis orta ex particula totam formam concerente.

Q. 2. An plures vel pauciores species sint, quam 4.? **R.** N. Quando enim alii addunt inchoativam, ut Paulus incipit esse fidelis, animus vino incalescit &c. Et Discrepativam, ut substantia differt ab accidente. Illæ difficultatem formalē non habent, inde que nec expositione indigent. Quando verò ab aliis Dd. gravissimis omittitur comparativa: conf. Jac. Mart. p. 336. Scheibl. p. 606. Fons. p. 155. Iter. p. 142. existimans illam utiliter addi posse, licet tantæ non sit difficultatis, quante sunt reliquæ. Interim tamen à posteriori saltem notamus, illi inesse aliquam difficultatem, dum etiam celebratissimi Philosophi circa ejus expositionem aberrant: v.g. *Aqua non est frigidior terræ*. Exponit non nemo p. 70. *majus frigus terra, quam aqua*. Cum sensus negativus sit formalis: Aquæ frigus non excedere frigus terræ; positivus autem potest fieri falsus, ut si duo pares & æqualis forent eruditio[n]is, Petrus & Paulus rectè dicerem: *Petrus non est doctior Paulo. Malè, Pauli doctrina est major Petri. Superlativam*, quia & illa comparisonem infert, cum Caramuelo p. 171. distinetam à comparativa, speciem non facimus.

Q. 3. An expositio hac novas requirat regulas, nova precepta? **R.** Tutiū & simplicius illa committitur naturali iudicio, ne novæ regulae nova sint discentibus tormenta. De quo egregiè Dr. D. Danhavv. Id. B. D. l. 1. a. 5.

Q. 4. An particula donec semper ita ponat tempus presens, ut excludat atque neget futurum? **R.** Sicut habetur regula: Donec non semper terminū, i.e. desitionem, aut rei possibiliterem notat. vid. Meissn. part. 2. Phil. sobr. p. 447. Ut Matth. 5. non exhibis, donec reddas ultimum quadrantem, i.e. nunquam exhibis. Explicantे ipso Thoma in Caten. Aurea. Lyrano & aliis. Sicut Carthusianus in Luc. 12. dicit hunc sensum Germanum & parabolæ accommodatum. Malè ergò Bellarminus inde infert Purgatorium. Sæpè quidem ita accipitur, ut sequens tempus neget, v.g. *'Donec eris sexagésima, multos numerabis amicos*, i.e. deserente te fortunā delexerint te amici. At sæpè rursus & inlequens tempus non negat. v.g. Matth. 28. *Ego sum vobis hunc donec consummabitur seculum, vel usq[ue] ad consummationem seculi*. Non tamen quasi eo consummato, præsentia Christi sit cessatura. 1. Tim. 4. attende lectioni, donec venio, ita tamen ut Paulo reverso adhuc legenda sit scriptura. Ita & Ps. 110. Sede à dextr. donec ponam, 1. Cor. 1. oportet regnare, donec ponat Eccl.

Q. 5. An exclusiva negata semper inferat absolutam? **R.** Si via naturali solum signum est destruendum, v.g. *Non solum homo est bipes*, inferit hanc absolutam, *homo est bipes*. Sed negatur, si viâ artificiosâ, vel speciali intentione totum connexum est destruendū, cum Cornel. Mart. p. 57. Oviedo, Cornao & aliis. Quanquam ista destruccióne totalis bina negatione clarius exprimatur, & tutius ita contradic̄tio formetur, ut negatio

& dicto & signo praefigatur. v. g. pro hac: *Non solus Pontifex est iudex, neque est neq; solus est &c.* Tum illi contradicitur: *Solus Pontifex est iudex.* Distinctionem vide in *Danhavv. s. l. p. 79.*

Q. 6. An particula *Nisi* negata inferat exclusivam? Vel, *An exceptiva universaliter negans, v. g. non nisi &c. inferat exclusivam affirmativam de re excepta?* A. Quia non datur exemplum in contrarium, ita enim sequitur. Non nisi Deus (Nullum ens excepto Deo) est Creator. Non nisi homo est rationalis. Non nisi fide justificat homo, Gal. 2. Non nisi quinque panes habemus Matth. 14. & quae sunt exempla alia. E. *solus Deus est Creator, solus homo rationalis, sola fides justif. Tantū 5. panes habemus &c.*

Q. 7. *An Sign. reduplicativum ad prædicatum pertineat, an verò ad subjectum?* Bz. In proprietate restrictiva vel reduplicativa, ubi signum cadit in copulam & totam compositionem afficit, ostendendo, quomodo & quare prædicatum ad subjectum restringatur, in resolutione ad prædicatum refertur secundum Reg. Hispan. *Dictio reduplicans &c.* Quando autem enunciatio non est propriè restrictiva, ad subjectum referri potest, ut in T. dictum. Si enim ad subjectum, cum in bono syllogismo essent plures termini.

AXIOMATA & EFFATA.

1. *Exclusiva non excludit concomitantia, sed opposita.* Sive deinceps realiter sive saltē formaliter distincta: sive aliū sive ejusdem essentiae, aliū vel ejusdē generis aut speciei.
2. *Exclusiva exponens semper mutat exponibilis qualitatem, sc. explicitam, ut solus homo est rationalis. aff. Quicunq; non est homo, non est rationalis, negat.*
3. *Nihil excipitur nisi continetur sub eo, à quo excipitur.* Nam excipere est à toto genere aliquam partem adimere. Vel, *Exceptiva pars excepta continetur sub subjecto exceptivo.* Ideo enim excipitur, quia sine exceptione includitur.
4. *Dictio reduplicans semper feratur super prædicatum & nonquā illud reduplicet.* Hispanus.
5. *Notæ restrictiva ex se & sua natura non sunt separativa (prædicatum à subjecto separantes, divellentes, abstrahentes) sed discretiva & ostensiva, diametricali vel circulare, non χωριστικη vel diapezaistica.* Non ergo Filius Dei separatur à carne, quando dicitur illenatus ex semine Davidis secundum carnem.
6. *A. Quatenus ad de Omni P. alet C. A. quatenus reduplicativo, non specificativo, non E. seq. Christus quā filius hominis accepit judicium faciendi potestatem Joh. 5. E. O. filius hominis accepit, quia Tō quā ibi est specificativum.*
7. *Multa dicuntur absolute, quæ intelliguntur comparatè Non (tam) sacrificium volo, sed (potius) misericordiam Of. 6. Num boves curæ sunt Domino? 1. Cor. 9. 9.*
8. *Multa comparativa sunt vera, quæ absolute sunt falsa.* Nubere est melius, quam urti, nec tamen urt est bonum. Descendit justificatus præ illo, non tamen absol. loquendo. Phariseus dicitur justificatus, *Luc. 18. 14.*
9. *Comparatio ultra etiū non extendatur.* *Luc. 12.* Christus comparatur furi, sed ratione ignoti accessus. *Luc. 16.* imitandus proponitur iniquus, villicus, sed tantum insolentia.

CLASS.

DE

ENUNCIATIONE COMPOSITA.

I. *Definitio.* Est oratio, quæ constat, tanquam partibus præcipuis, ex aliis orationibus, in primis simplicibus, mediante copulâ conjunctionis connexis, ut, si DEUS pro nobis, nemo contra nos. Rom. VIII.

**Materia*, orationis compositæ est duplex, propinqua & remota. Remota sunt termini. Propinqua orationes, non quidem temper simplices, possunt etiam esse coniunctæ, ut, si omnes ens, quia est vel per se subsistens vel alteri inherens, est aut substantia aut accidens, etiam hoc est vel illud est substantia vel accidens. Neque statim partes sunt orationes enunciativæ, siquidem & non enunciativæ adhiberi possunt, ut, si DEUS esset Pater vester, diligenter me Joh. VIII. Unde simpliciter dicitur ex orationibus. Forma est tota orationum conexio, quæ sit per conjunctionem, unde conjunctio copula dicitur.

II. *Divisio.* Est autem communiter triplex: *Conditionalis*, *Copulativa* & *Disjunctiva*.

Condit. est, cujus partes principales junguntur conjunctione *Si*, aut æquipollente, ut, si permanetis in sermone meo, discipuli mei estis.

2. *Copul.* est, cujus partes principales junguntur conjunctione *Et*, vel simili, ut, Christus & DEUS & homo est.

3. *Disjunct.* cujus partes principales junguntur conjunctione *Aut*, vel æquipollente, ut, Aut ex operibus, aut ex gratia justificatur homo.

III. *Qualitas.* Est vel *Affirmativa*, cujus copula conjunctionis nullâ afficitur negatione, v.g. si non creditis, non potestis salvare, vel

Negativa, cujus copula conjunctionis habet præfixam negationem, ut, Non si Christus est homo, peccator est.

Vera conditionalis, cujus consequens rectè inferitur ex antecedente, ut, si fidem habes, ostendes eam in operibus. *Falsa conditionalis* contraria, ut, si dicis Dn. Dn. creditis.

Vera copulativa, cujus omnes partes verae sunt, ut, Christus & DEUS & homo est. *Falsa*, cujus vel una, vel omnes partes falsæ sunt, ut, Christus & Deus & homo & peccator est.

Vera disjunctiva, cujus una tantum pars est vera, reliquæ falsæ, ut, aut DEO aut Mammona servietis: Matth. VI. *Falsa*, cujus omnes vel plures sunt veræ, vel omnes falsæ, ut, homo est aut animal, aut corpus, aut bestia.

Sed nota hæc de veritate enunciationum compositatum dicta, intelligi de affirmativis non negativis, potest autem ex affirmativis ac negativis judicari, si sc. vera est affirmans, falsa est negans, quia ista in compositus contradictoriè opponuntur, adeoque juxta contradictoriarum legem, una existente verâ altera est falsa.

QUÆSTIONES.

Q. 1. An Enunciatio composita conditionalis sit vera oratio Logica? A. Nam i. enunciat aliquid, quod vel verum, vel falsum est, adeoque naturam habet & definitionem Orat. Log. 2. Habet affectiones, utpote oppositionem. 3. Est apta, ut ex illa fiat syllogismus. 4. Nihil solidè pro negativa adduci potest. conf. Dn. Stahl. quest. Log. 67. p. 498.

Q. 2. An omnis oratio composita necessariò constet ex simplicibus? N. Evidem plures ita putant, sed quid prohibebit, has dicere compositas? Si id, quod è longinquo videt, est homo vel bestia, est rationale vel irrationale. Si substantia est corpus vel spiritus, erit materialis vel immaterialis: ubi utraque composita. Vel, si Petrus est homo, vel dormit, vel vigilat; Si Paulus est animal, vel Janum, vel agrum est. Ubi una simplex est, altera composita.

Q. 3. An omnis oratio si conjuncta, ubi habetur conjunctio quadam copulans? N. Quia & in simplici aliquid potest conjungi, sc. termini, per conjunctionem, ut, O. homo aut doctus aut indoctus est. Aliquis oculus, aut dexter aut sinister, ad videndum est necessarius; Duo & tria sunt quinq; ; Quatuor & quinq; sunt novem &c. Dicis, unde seiri possit, has esse simplices? B. unam & eandem orationem quidem simplicem & compositam esse pro diverso respectu pluribus exemplis edoceri potest, interim tamen, quando & quo respectu sit simplex, quoque composita, ex certis circumstantiis atque intentione proferentis posse colligi, haud dubij credimus. Ille priores, quæ videntur disjunctivæ, non sunt, quia sunt enunciationes veræ, in vera autem disj. non potest, nisi una tantum pars esse vera, & una vera semper requiritur, ast in priori exemplo sensu disjunctivo, utraque est falsa, falsa est, O. homo est doctus, falsa, O. homo est indoctus, in altero exemplo rursus in sensu disjunctivo & determinativo, falsum est, oculum dextrum esse necessarium &c. oculum sinistrum esse necessarium &c. Quanquam vere in sensu disjuncto &c confuso, (ut termini saltem disjungantur, non integræ orationes,) dicatur, aut dextrum aut sinistrum esse necessarium ad videndum. Sic simplices sunt: O. quod si moveatur, currit, habet pedes. O. qui si promittit, implet, laudatur. Et pariter omisso pronomine: O. animal, si est ratione praditum? est homo. O. peccator, si respicit, agit paenitentiam. Priores vocant simplices de conditionato subiecto, posteriores de conditionato prædicato.

Q. 4. Quæ-

Q. 4. Quotplex sit enunciatio composita, an plures sint quam tres species? N. Conjunction enim quæ hic est copula, partes principales, quæ sunt orationes, aut conjungit aut disjungit; si hoc, enunciatio composita est *disjunctiva*. Si illud, conjungit vel simpliciter & absolute, & est *copulativa* oratio, vel non simpliciter, verum ratione consecutionis & illationis unius ex alia, & est *hypothetica* vel *conditionalia*. Plures itaque non agnoscimus species. Neque placet, quod alii de *Relativis* habent, duplarem generaliter faciendo compositam, vel relatione vel conjunctione, ita tamen, ut rursus distinguant inter relationem *essentialē* & *accidentalem*, atque illā *essentiali*, cujus particulae sunt: *Is qui*, *Quicunque ille*, *Quicquid hoc*, inter categoricas relata, hanc existimant hypotheticam vel conjunctionem, cujus particulae relativae sunt *quantitatis*, *qualitatis*, *temporis*, *loci* &c. ut *Quantus tantus*, *qualis talis*, *tum cum*, *ubi ibi*, ut ita vel sic &c. Quia vero haec omnes orationes constant copulâ verbali enunciationis simplicis, simplices sunt orationes. Neque particula relativa hinc copula dici potest, quæ conjugat enunciations, siquidem tali particulâ remotâ non remanent enunciations, sicut fit remotâ copulâ conjunctionali, v. g. *Qualis rex*, *talis grex*, remotis partic. rel. *qualis* & *talis* remanet, *Rex* & *Grex*, quæ enunciations non sunt. Quod de differentia inter accident. & essential. relativa dicunt, frustra hot respectu dicitur. Sicut enim essentialium partes sunt termini & copula verbalis, ita & accidentalium, ut hac ratione nulla sit desumenda formalis & specifica differentia ex illis adjectis aliis atque aliis particulis. Termini autem ita possunt ostendi planius: *Qualitas* & *conditio Regis* est *qualitas gregis*. *Locus cadaveris* est *locus aquilarum*. *Tempus Imperii Tiberii* est *tempus passionis Christi*. *Habitudo* & *proportio duorum ad quatuor* est *habitudo quatuor ad octo*. Adduntur his speciebus quandoque *Causales*, quandoque *Adversativa* vel *Discretiva*, quandoque etiam *Rationales*. *Causales*, ut, *quia sol luceat*, *dies est*. *Adversativa*, ut, *et si Petrus sit avarus* & *injustus*, *tamen est dives*. *Rationales*, ut, *homo est animal*. E. sentit. Ast causales & rationales sunt *Syllogismi*, quanquam imperfecti & corrupti, potius quam enunciations. *Adversativa* sunt duas simplices, & nihil aliud in adducto exemplo dicitur quam: *Petrus est avarus*, *Petrus est dives*. Prætereaq; ineptæ ad syllogismos inde conficiendos, in quibus conclusio eadem est cum præmissis, v. g. *Et si Petrus sit avarus, tamen est dives, ast est avarus. E. est dives*.

Q. 5. An sit vera conditionalis, cuius consequens antecedente rectè infertur? A. Ad veram conditionalē non necessariō requiritur partium veritas; Haec enim & similes, veræ sunt, si equus esset homo, esset rationalis, si homo esset equus, esset quadrupes &c. Dico, rectè, non, necessariō, quasi in vera conditionali requiratur necessaria consequentia consequentis, ut quidam veterum statuerunt, de quo Stahl. quæst. Log. pag. 505. siquidem aliquando contingens est in vera conditionali: ut, *si hac mulier mater tua es, te diligis*, *si es cognatus ihu*, *auxilias ihu*.

Q. 6. An particula SIVE semper disjungat sensum, & orationem faciat disjunctivam?
 s. aliquando accipitur disjunctivè, ut in Tab. aliquando disjunctè, ut: O. animal est rationale vel irrationale. O. ens est creatum vel in creatum. &c. quæ orationes sunt simplices. Aliquando etiam copulativè, ut omnes sumus in unum corpus baptizati, sive Iudei, sive Gentiles, sive servi, sive liberi, 1. Corinth. XII. v. 13. i. e. & Iudei, & Gentiles &c. Sicut 2. Thess. 2. tenete traditiones, quas didicistis sive per sermonem, sive per epistolam ubi tò sive non ducigentur sed avulsi interpretantur Theologi, vid. Acti. ph. sobr. 2. 42.

AXIOMATA ET EFFATA.

1. *Conditionalis si nihil ponit in esse. sc. absolute, præcise, sub taliforma, & ratione partium.* Licet quid ponat ratione connexionis, illationis, fundamenti rerum. Affirmativa ergo pars non absolute affirmatur, & negativa non absolute negatur.
2. *Condicio impossibilis æquipollit absolute neganti, ut, si montem transposueris, habebis filiam meam i. e. nunquam habebis. Æquipollit non vi verborum, sed secundum intentionem dicentis, materialiter, non formaliter, & quando consequens affirmatum est removendum.*
3. *In conditionali vera, si antecedens est necessarium, etiam consequens est necessarium.* Si sc. antecedens est necessarium ex intinseca terminorum connexione, vel ratione causæ necessarii operantis, non autem quando est necessarium ex accidenti, vel ex positione effectus. Sicut fallit. DEUS præcit, me peccatum E. necessario peccabo: nulla enim intrinseca connexio est inter scientiam Dei & peccata.
4. *Conditionalis vera semper est illativa & ita illative atq; virtualiter kansalis.* Non quidem quoad causam rei rigorosè dictam, sed quoad quamcunque rationem per positam conditionem sufficientem ad inferendum consequens.
5. *Copulativa non est certus rerum copularum numerus.*
6. *Membra disjunctiva debent esse opposita, non subordinata, non idem, non conexa.*
7. *In disjunctiva requiriunt omnium partium enumeratio.*
8. *In disjunctiva vera non nisi una pars vera est, in copulativa omnes.*

CLASS.

DE ENUNCIATIONUM AFFECTIONIBUS.

I. Affatio est SUBAL-

TERNATIO,

ubi not.

II. Affatio est OPPOSITIO, ubi notanda.

1. Quidditas. Subalternatio est inclusio unius subalternæ sub-altera, scilicet particularis sub universali. v.g. *O homo est mendax.* *Q. homo est mendax.*

* *Subalterna* propositiones 1. sunt eorundem terminorum. 2. Ejusdem qualitatis & 3. diversæ quantitatis, ut universalis & particularis. Identitas terminorum requirit idencitatem suppositionis, unde subalternæ non sunt, *N animal est genus.* *Q. animal non est genus.* Si animal in priori accipitur distributivè, in posteriori simpliciter. In subalternis universalis dicitur *subalternans*, particularis vel singularis *subalternata*.

1. Quid? Oppositio est pugna duarum enunciationum, in quibus idem de eodem affirmatur & negatur, ut: *Deus est justus, Deus non est justus.*

* In formalí oppositione requiruntur duo. 1. identitas terminorum. 2. diversitas qualitatis. Ut autem idem retineantur termini, accipientur 1. *utrūq; ea-*
dem modo, non equivocè, ut: Gallus est homo, Gallus non est homo, si Gallus
semel accipiatur pro incola regni Galliæ, semel pro Gallinaceo. 2. *ut rō*
aut rō, secundum idē, secundum eandē subjecti partē aut proprietate, Christus
(secundum Deitatem) est aeternus, Christus (secundum carnem) non est
aeternus. 3. *ut rō aut rō ad idem sine respectu ad diversa, ut, Petrus est erudi-*
tus (respectu Iuda) non est eruditus (respectu Christi.) 4. *Eodem tempore*
et rō aut rō Χρόνῳ, ut: Alexander (tempore sobrietatis) est humanus, non est
humanus (tempore ebrietatis) Addunt alii, *eodem loco, ut Gieſſa venduntur*
vina (in foro) non venduntur (in templo.) Neque termini inverso ordine:
reddantur, ut: *O homo est rationalis, N. rationale est homo.* Diversa qualitas requiritur explicita, non virtualis, sicut rursus non sunt formaliter op-
positæ. *Homo est doctus, homo est rudis.*

1. Contraria, quæ est pugna. 2. enunciat: circa veritatem, sed non falsitatem, i.e. quarum utraq; non potest esse simul vera, potest au-
tem, si materia est contingens, simul esse falsa, ut: *O homo est*
doctus, N. homo est doctus.

* Ita pugnant. 1. *Dua universales, O. & N.* 2. *Indefinitæ in mat.*
necess. & impossibili. 3. *Universalis & singularis, O. homo est*
doctus, hic homo non est doctus. Vel

Contradicitoria, pugna. 2: enunc. secundum veritatem & falsitatem,
ut: *O homo est doctus. Q. homo non est doctus.*

* Ita pugnant 1. *Univers. & particul.* 2. *Dua singulares.* 3. *Dua in-*
definitæ in mat. contingentib; & particulares loquentes de eodem
numero subjecto.

III. Definitio

1. **Definitio.** *Equipollentia est 1. vel pluriū enunciationum usdem terminis constantium, particulā autem negativā & signo quantitatis discrepantium, convenientia in sensu, ut: O. homo est creatus. Non quidam homo non est creatus: N. homo non est creatus.*

2. *Quot modis fiat?* 1. tribus modis, negatio enim vel præponitur contradictria, vel post ponitur contraria, vel præponitur & postponitur subalterna. Secundum V. pra^contradict. post contra, pra^postque subalterna, ut vide in hoc schema.

1. *Quid?* Est enunciationum ratione terminorum permutatio, salvā veritate & qualitate, ut: O. homo est animal. Q. animal est homo.

2. *Quo-* Simplex, qua simpliciter permutantur termini, etiam servatā quantitate, ut: E. Nullus homo est lapis, N. lapis est homo I. Q. homo est albus. Q. albus est homo. *Vel*


tuplex? Per accidens, qua ex universalis sit particularis, ita convertantur A. ut: O. homo est animal, Q. animal est homo, & E. N. homo est bestia. Quidam bestia non est homo.

His addi solet conversio per contrapositionem, qua servatā qualitate termini finiti permutari sunt infiniti, ut: A. O. homo est animal, O. quod non est animal, est non homo, & O. id est, Quidam non, v.g. Q. homo non est albus. Q. non album non est non homo, vel Q. non album est homo. Quod omne his VV. describitur, FECI. simpliciter convertitur. Ev A per accid. Ast Q. per. contra, sic fit conversio tota. ubi, A. est omnia, E. nullus I. Quidam. O. Quidam non per VV. Afferit A. negat E. sed universaliter ambo. Afferit I. negat O. sed particulariter ambo.

I. Est enunciationum, unius ex altera, sine medio facta illatio, ut: O. homo est animal. E. Quidam homo &c. Q. homo non est doctus. E. Non O. homo est doctus.

II. Progreditur, 1. à vera subalternante ad veram subalternatam, non contrā. Et à falsa subalternata ad falsam subalternantem, non contrā. 2. à vera contraria ad falsam, non contrā. Et à vera contradictoria ad falsam contradictoriā, & contrā. 3. à vera conversa ad veram convertentem & contrā. Excipitur tamen conversio per accidens, ubi à convertente ad conversam, N. V. C. ut Q. bipes est animal, E. O. animal est bipes, quæ posterior conversa est falsa. 4. à vera & equipollente ad veram alteram, & contrā.

Item. 1. ab Est tertii adjecti ad Est secundi. 2. à divisi ad conjuncta & contrā. ut: est homo & bipes E. est homo bipes. 3. à finita Aff. ad infinitam Neg. V. C. & contra. ut: Petrus est homo E. non est non homo. 4. à finita Neg. ad inf. Aff. V. C. & contra, ut Homo non est leo. E. est non leo, & contra.



Vel: Quidam contradicit illuc, sibalerne negantur. Postpone ad eis, subalterna, sicut hinc.

Quidam
non

Vel h. m.
111-303
IV. Affeditio est CONVERSIO, ubi
V. Aff. Consecutio. Que

QUAE.

QUÆSTIONES.

- Q. 1. Quot sunt affectiones, relative dictæ? Quinque. Quanquam *Ramus* solam oppositionem commendet. *Sluternus* & *equipollentiam* Grammaticis relinquat. *Scheiblerus*, *Scharffius* & alii subalternationem negligant. Plures consecutionem prætereant. Magis tamen arridet eorum sententia, qui quinque adeoque omnes, expllicant, quia omnes suā utilitate gaudent. Conf. *Stahl. Instit.* p. 137.
- Q. 2. An sub *Subalternata* etiam comprehendendi possit singularis? A. Quia hac in parte particularis & sing. eadem est ratio.
- Q. 3. An oppositio sit pugna secundum veritatem & falsitatem? N. An secundum quantitatem simul & qualitatem? N. An secundum qualitatem? A. cum *Arriaga* & communis sententia. Primum dicit *Mendoza*. p. 47. Secundum *Toletus*, *Oviedo*, Fr. d' *Abræ* & alii. Sed fallit utrumque. Illud, quia in opposit. contraria utraque potest esse falsa. Hoc, quia contrariè opponuntur duæ universales, contradictoriè duæ singulares, indefinitæ & particulares, quæ secundum quant. non pugnant.
- Q. 4. An plures quam 2. sint oppositionis species? N. quia ad has omnis formalis oppositio revocari potest. Subalternæ non sunt oppositæ. Relativæ & privativæ; ne *Petrus* est pater, est filius, est videns, est cœcus, non sunt formaliter oppositæ, sed materialiter.
- Q. 5. An duæ contradictiones nunquam possint esse simul vera & falsa? Nunquam, quæcunque etiam sit materia, una enim dicit esse, altera non esse, sed impossibile est, idem simul esse & non esse. Qui aliter sentiunt, seipso nesciunt, & vel sensu vel flagris opus habent; secundum *Aristotelem*. vid. *Horn. process. disput.* p. 65.
- Q. 6. An una contradictione altera sit generalior vel universalior? Quoad vim & naturam contradictionis, quæ omnia semper exhaustit, quæ sunt & non sunt, negatur. Quoad extrema non simul, sed seorsim & sigillatim sumta, ubi unum potest esse altero latius, ut in hoc ens & non ens, conceditur. vid. *Stahl. quest. Log.* p. 414.
- Q. 7. An judicium formale contradictionis in actu exercito competit Logico? N. Quanquam Logico, quia, quæ Logicus, res superiorum facultatum, utrum accipiantur in auctoribus, in auro &c. intelligere non potest, judicium neque reale neque formale competit, non tamen à formalis in totum excludi potest, quia Logica prescribit leges, normam & requisita, secundum quæ judicium contradictionis est regulandum & formandum, ut fusiū id probat acutiss. *Philos. Dn. Ebel. in big. disput. de hacre.*
- Q. 8. An de *equipollentia* possit agere Logica? A. De *equipollentiis* formalis, qualis in Tab. N. de materiali, qualis est, panis est corpus Christi, in cū & sub pane exhibetur & manducatur corpus Christi, est communio corporis Christi &c. Quæ relinquitur illi disciplinæ, ad quam termini propositionis spectant. *Horn. inst.* 372.
- Q. 9. An omnis propositio possit converti? Omnis quæ est de subjecto communis & in scientiis occurrit, vel per hanc vel per illam speciem. Etiam ea, quæ est de subjecto singulari, licet ejus tanta cura non sit habenda, quia ejus non datur scientia, quæ properet & ab Aristotele & ab aliis negligitur. Si enim *pradicatum* est singulare, con-

vertitur simpliciter. Quanquam in affirmativis specialem difficultatem habeat, vid. Conimbr. p. 286. Si autem in singularibus predicatum est commune, econvertuntur per accidens, ut: Paulus est doctus E. quodd. doctum est Paulus, vid. Horn. Inſtit. 389. 393. Stahl. in not. p. 141. Lober. diff. XVII.

Q. 10. An conversio per contrapositionem sit genuina species conversionis? *N.* Quia non retinet eosdem terminos, qui in omni affectione manent idem. Interim non est omnino negligenda, quia servat veritatem, & si formaliter redditur, etiam qualitatem. Et fundatur in consecutione, quæ datut inter finitam aff. & infinit. neg. item inter finit. neg. & infinitam aff. additâ permutatione terminorum simplici. conf. Stahl. quest. p. 487.

Q. 11. An conversio per constr. etiam possit dividiri in simplicem & per accid.? *A.* Quia si universalis, includens particularem suam, interfur convertens, etiam particularis convertens inferri potest, quæ illata conversio per accid. facit v.g. *O. homo est animal.* Simpl. *O. quod non est animal, est non homo.* (vel non est homo) per accid. *Q. quod non est animal, est non homo.*

Q. 12. An consecutio sic firma inter enunciationes finitas & infinitas? *B.* Firma est 1. in infinitis inf. prædicati, non subjecti, sicut N. V. *Non homo non est justus.* E. *homo est justus.* 2. in diversâ (non in eadem) qualitate. N. V. C. *Homo non est lapis.* E. *Homo non est non lapis.* Homo est animal, E. Homo est non animal. Sed tamen. 3. in eadem quantitate, unde N. V. *Q. homo non est albus.* O. *homo est non albus.* Non firma est 1. in partibus infinitis prædicati, ubi integrum prædicatum non infinitatur, ut *Homo potest non peccare.* N. V. non potest peccare, 2. in terminis reduplicativis, ut: *homo, quatenus homo non est albus;* N. V. E. *quatenus homo est non albus,* (niger) 3. in term. complexis, ut: *Bestia non est animal intelligens* (quod intelligit). N. V. E. *est non animal intelligens,* i.e. *est non animal; sed intelligens.* Quod oppidò falsum. Nisi mediante verbo substantivo enuncietur. E. est id, quod non est animal intelligens.

AXIOMATA ET EFFATA.

1. Verâ subalternante, vera est subalternata non contrâ. Et falsâ subalternata, falsa est subalternans, non contrâ.
2. Dux contrariæ nunquam sunt simul veræ, possunt tamen esse simul falsæ.
3. Impossibile est duas contradictiones esse simul vel veras vel falsas.
4. Q. propositio adversario opposita, debet esse contradictionis.
5. Oppositor & æquipollentia amant singularem. In plurali non possunt semper institui.
6. Convertenda propositio sit verè Logica & simplex. Composita non convertitur. Simplex constet terminis rectis & verâ copulâ expressâ.
7. Figuratæ & impropriæ æquipollent propria, sed inusitatæ non respondet usitata.
8. Inferens & illata, exponens & exposita, non mutant veritatem.

CLASS.

DE ARGUMENTATIONE ET SYLLOGISMO.

I.	<i>Quid?</i> Est Oratio, in qua una enunciatio ex alia infertur per medium, ut: <i>O. homo est à Deo creatus.</i> <i>E. O. homo Deo tenetur servire.</i> Medium est, à Deo creatum esse.
*Occurrunt ergo in Argum. tria tanquam partes. 1. pars antecedens, ex qua alia infertur. Sive illa pars antecedens sit una propositio, ut in exemplo, sive unâ plures. 2. Consequens, quæ infertur, in qua medium nunquam continetur. 3. Adhibetur particula Ergo, quæ dicitur nota illativa vel forma argumentationis extrema quoad vocem.	
II.	<i>Bona</i> , cuius consequens ex antecedente recte infertur, ut: <i>Homo est animal. E. vivit.</i>
Quotuplex ratione qualitatis?	<i>Eaque; vel Mala</i> , cuius consequens ex antecedente recte non infertur, ut: <i>Homo vivit. E. est animal.</i>
Est vel	
III.	<i>Perfecta</i> , ut Syllogismus, de quo T. II. ne substantia? <i>Imperfecta</i> , ut Enthymēma, Inductio, Exemplum, Sorites & Dilemma.
I.	<i>Definatio.</i> Syllogismus est argumentatio, in qua positis quibusdam diversum quid à positis sequitur ex necessitate, eò quod posita sunt, ut: <i>O. bonum est à Deo. O. Sanitas est bona. E. O. San. est à Deo.</i>
Principia, qua vel	<i>Interna</i> , ipsam Syllogitmi constitutionem ingredientia. <i>Etsunt vel</i>
II.	<i>Externā</i> , extra Syllogitnum constituta. <i>Suntq; vel</i>
Divisio. Est	1. <i>Absolutus</i> , de quo in Figuris, Sive rectus sive obliquus sit. <i>Modalis</i> , de quo disp. XVIII.
	2. <i>Simplex</i> , sicut ille consideratur in regulis generalibus & tribus Figuris. <i>vel</i> <i>Conjunctus</i> , de quo speciatim Disp. XIX.

T. III. De Prince Mar. que	Remota, ut triplex terminus, vel	Major, conclusionis prædicatum cum medio in propoſitum Majori dispositum.	
		Minor, conclusionis ſubjectum cum medio in propoſitum minori dispositum.	
		Medius, qui bis ponitur ante conclusionem & adhibetur ad probandam conclusionem vel quæſtionem.	
		Major, quæ continent terminum majorē cum medio dispositum.	
T. IV. De Prince Form. que	Propinqua, ut triplex propositio.	Et Minor, quæ continent term. minorem cum medio dispoſitum.	
		Conclusio, enunciatio ex præmissis legitimè illata.	
		1. Quid figura? p. Est legitima & naturalis medii termini cum extremitis dispositio, apta ad aliquid ex præmissis legitimè concludendum.	
		2. Quotus. Prima, ubi medijs terminis in Majori ſubſicitur, in Mi-plexi: nori prædicatur.	
T. V. De fund. Conſuſi.	Figura, ubi. Propinqua, quæ ſunt MO- DI, ubi rursus.	Secunda, ubi med. term. bis prædicatur, in utraque præplex. Tertia, ubi bis ſubſicitur med. ut ſequetur, Diffat. xvii.	
		1. Quid? p. Modus est legitima propositionum in ſyllogiſmo fecundum quant. & qualitatem dispositio.	
		Directus, qui regulariter & naturali ordini convenienter procedit, ut quando conclusionis prædicatum est terminus major, & ſubjectum terminus minor, ut Barbara, Celarent, & qui ſunt alii; qui in Figuriſ exponentur.	
		2. Quotus? p. Vel Indirectus, qui regulariter & naturali ordini convenienter non procedit, utpote quando in conclusione terminus major est ſubjectum & minor prædicatum, quales in 1. Figura ſunt. Baralip. Celantes, Dabitis, Fa- pesmo, Frifismo.	
T. V. De fund. Conſuſi.	I. Quid? Fundamentum consequentiæ ſyllogiſticæ eſt universalis, prima & infallibilis norma vel Regula, juxta quam omnis ſtructura ſyllogiſtica eſt menſuenda, conſtituenda & dijudicanda.	Syllogiſmorum affirmantium, ut dictum de O. quod & prioriſticum ſolet dici.	
		II. Quo, triplex p. Dictum autem de omni eſt, cum nihil ſubjecti ſumere licet, de quo alterum non dicatur. Vel	
		III. Est vel Negantium, ut dictum de nullo, Dict. a. de N. eſt, cum nihil ſubjecti ſumere licet, de quo non alterum negetur. Inde VV.	
		Dicitur hoc cunctis, quicquid nunc dicitur Omni. Tollitur à cunctis, quicquid removetur ab omni.	

QUE-

QUÆSTIONES.

Q. 1. An ubi ræctus est clarus & evidens, opus sit argumentatione? D. Ubi clarus est rex-tus & res ipsa tam evidentia in luce est posita, ut ad sensum provocetur, non opus est. Ubi autem res cæteroquin satis clara ab adversariis in alienum sensum detor-queritur, opus est, non quidem ut rei sua inferatur, etiam quoad nos, sed saltem vin-dicetur claritas. Atque cum argumentatio non est obliteratatis indicium, vid. Kosl. Log. Phot. 103. Horn. proc. p. 90. Calov. Meth. disp. p. m 389.

Q. 2. An formaliter disputare sit per syllogismos disputare? D. Si formaliter disputare est secundum certam formam, modum & rationem concludendi, inferendi & proban-di differere, qua sine forma syllogistica fieri non potest. A. Si vero formaliter dis-putare est fundamentum illationis observare & rationem habere consequentia, qui ex positis legitimè quid inferatur, N. Vulgariter equidem prior acceptio est communior & usi receptior, sicut, dum syllogismi desiderantur in forma, jubemus formaliter disputare; Ast posterior est Aristotelica & Philosophis cordatiobibus probata. Sicut Iao. Martini pad. 328. dicit: In forma disputare & actu for-mare syllogismum, non sunt synonyma Aristotelica. Et B. Ebelius noster disput. 2. de Util. Log. p. 16. 17. §. 16. Formaliter procedere est aptam reique convenientem adhibere rationem probandi, ex qua statim & nullo negotio optimus Syllogismus fieri possit. Hoc modò omnino dicendum, Christum, & apostolos & omnes Patres vere procedentes adversus Adversarios, formaliter disputasse. Horn. proc. 99. Calov. o. l. 413. 448. Danhaw. dial. sac. 27. & Id. s. 1. a. 2. Jacob. Mart. pad. 328. 335.

Q. 3. An tantum Syllogismus sit formalis argumentatio, enthymema vero & reliqua ar-gumentationes sint argumentationes solum materiales? D. Si formalis arg. nihil aliud est, quam perfecta arg. in certa figura & modo legitimè constituta. Aff. prius vid. Horn. Instit. 425. Conimbr. 266. 287. Si vero rursus formalis argumentatio sumatur generaliter, pro legitima & bona illatione in certa & constanti quadam forma, ut exinde proximè fieri possit perfectus syllogismus, qualis forma comprehenditur in enthymemate & reliquis; omnino negandum est prius, & posterius affirmandum, cum utroq; Martini, Ebelio, Calov. & aliis;

Q. 4. An ubique formaliter & in manifesta syllogistica dispositione sit disputandum? N. Alias daretur progressus in infinitum, ubi enim nulla probatio requiritur, neque argumentatione opus erit. Alias argumentatio syllogistica sit vel negativa, i.e. non contra leges syllogisticas, vel virtualiter, quæ proximè ad eas reduci potest, vel actualiter, explicitè & formaliter talis quæ ubique mox requiritur, nisi t. ex pacto & promissio &c. ubi adversarius incessanter instat & excipit; ex veris inferri posse sal-sum, in argumentatione imperfecta & illatione virtuali. Alias omnino istæ sufficiunt. Et cum, in priori adducta Philosophica acceptione audiendus merito est Cornelius Martini in Analyticæ acriter defendens, sicut & alii celebratissimi ita citati, semper & ubique procedendum esse formaliter. Sed nec Meissnerus vulgarem si-gnificationem attendens part. 1. Phil. sobri omnino improbadus est. Distinctione controyersia componi potest.

Q. 5. *An non sit Syllogismus, nisi sermo ἡγοεὶνὸς ore prolatus?* N. Accidit enim illi ore proferri & ea; quæ definitio & natura habet syllogismi, in oratione mentali omnia inveniuntur. Scheibl. 675. Iac. Mart. 354.

Q. 6. *An syllogismi genus sit ἀλγοια?* N. D. Si enim ἀλγοια juxta Ramisticum frequentem usum, nihil aliud est, quam discursus mentis ab uno transiens ad aliud, unumque ex alio per certum & legitimè in manifesta & perfecta forma dispositum medium inferens, idem dicit ac Syllogismus. Scheibl. 676. Finck sched. 2. 273. Hippipi. 135. 138. Ovied. p. 116. Sin generaliter sit discursus vel argumentatio, dici potest, sed utendum cum potius clarioribus & latinis.

Q. 7. *An Deus faciat Syllogismum?* N. Quia syllogizare atque unum tanquam Ignotum ex aliis notioribus inferre, imperfectionis opus est. Non itaque sui, nisi nostri gratiā, ut nō bis aliquid ostendatur, Deus ratiocinatur.

Q. 8. *An in braca cadat Syllogismus?* N. Cui enim nulla convenient ratio, ei nec rationis opus convenit. vid. Scheibl. 681. Finck sch. 2. p. 264.

Q. 9. *An conclusio, cuius altera præmissarum est rationis, adhuc possit dici divina & conclusio Theologica?* A. Quando altera præmissarum est scripturæ & continet causam conclusionis, ipse Sp. S. talem consequentiam dicit divinam, ut Job. 8. 17. dicitur in lege esse: *Duorum hominum testimonium verum est.* Scil. per conseq. dum ita infert: *Quodcumque testimonium sufficit ad interficiendum, illud verum est, atqui duorum hominum testiffficit, (quæ Deut. 17. 6. in ore 2. vel 3. testium peribit interficiendus)* E. Duorum hominum testimonium verum est. Id quodd prolixus cum aliis Theol. ostendit Dannhavv. c. L. 33.

Q. 10. *An conclusio sit pars syllogismi?* A. quia ingreditur ejus definitionem & pro conclusionis variatione & diversitate variatur syllogismi nuncupatio.

Q. 11. *An fundamentum omnis structura syllogistica sit dictum de O. & N?* A. cum Aristotele ejusque Sectatoribus, quia tale est primum, universale, infallibile & notissimum, alterum autem, scil. *Quæ convenient in uno tertio, inter se convenient, controversiam parit, adeoque non latis certum, non universale & ubique indifferenter applicandum, sed vel solis syll. singularibus ex medio singulari.* vid. prolixius id deductum Disp. IV. Coll. Phil. Theosoph. contra Derod. Arriag. Ovied. & alios.

Axiomata & Postulata.

1. *Omnis argumentatio fit ex arguento, i.e. medio termino, qui non est in consecutione.*
 2. *Argumentum est questionis arbiter, pronuncians an afferenda an neganda sit.*
 3. *Eadem forma eandem habet terminorum dispositionem, in eadem quoq; qualitate & quantitate.*
 4. *Forma argumentandi legitima omnina materia est accommodanda.*
 5. *Syllogismus omni homini rationis usu valenti, convenient. Sive mutus, sive surdus, sive cœcus, sive ex alia parte maticus sit aut mutillus.*
 6. *Omnis conclusio est necessaria, necessitate, vel consequentis vel consequientiæ.*
 7. *Conclusio est propositio, non præmissa. Est enim enunciatio.*
 8. *Præmissa sunt causa & materia conclusionis. Caus. quoad illationem Mat. quoad terminos.*
- DISP.

DE REGULIS GENERALIBUS.

REGULÆ GENERALES, quæ in omnibus figuris occurunt & ubique obser-

Reg. I. *Ex veris non nisi verum sequitur. In legitima forma. In vitiosa enim etiam falsum sequitur. Ex falsis autem sequitur verum & falsum, si & legitima sive vitiosa fuerit forma, ut exempla sunt frequentia. Ratio regule est, quia Syllogismus quadrans ad D. de O. & D. de N. nunquam infert conclusionem absurdam & disformem, quando præmissæ fuerint verae. Ita verum vero consonat, & qualis causa talis est effectus. Hinc quandocunque conclusio est disformis & præmissæ verae, vitium in forma quære. v.g.*

1. *In thesibus tuis defenditur verum. In thesibus tuis defenditur falsum. E. Falsum est verum.*

2. *Altera natura in Christo est divina. Altera humana E. Hum. est divina.*

Reg. II. *In Syllogismo [manifesto & simplici] non sunt nisi tres termini. Non plures, non pauciores. Dd. enim de O. & N. non requirunt nisi 1. Subiectum, sub quo sumere quid liceat. 2. Illud sumibile, quod sumitur aut subsuntur, & in illo continetur. & 3. prædicabile aliquod, quod de utroque vel affirmatur vel negatur. Si pauciores essent, connexio & summa illa argumentativa syllogistica cessaret. Sin plures, scopæ essent dissolutæ & rursus connexio vel dispositio dicta esset turbata.*

Notand. autem 1. Terminos plures non esse numerandos ex pluralitate vocum sed conceptuum, non ex qualibet variatione Grammatica. quâ etiam genus nuditè mutatur grammaticum aut declinatio, sed ex variatione sensus, quâ Logica dicitur.

Not. 2. Non esse plures terminos statim in argumentatione, quando plures sunt in comparatione, ut sit in analogismo, v. g. *Sicut caput se habet ad pedes, ita Princeps ad subditos, at qui caput sese habet ut regens, dirigens. E. In quo Syllogismo hi tres numerantur termini. 1. ratio capitis ad pedes. 2. Principis ad subditos. 3. regere conservare &c.*

Nota 3. Non esse eosdem, adeoque pauciores terminos, qui à parte rei idem sunt, sufficit hic distinctione formalis & rationis.

Fallunt. 1. *Quicquid non est ex fide, [ex vera & certa notitia discriminis in cibis sublati] peccatum est Rom. 14. Lex non est ex fide [ex fiducia in merito Christi collocata] Gal. 3. E. Lex peccatum est.*

2. *Fides (relativè sumta, ut apprehendit Christum) justificat. Fides (ut est virtus, i. præcepti) est opus. E. opus justificat.*

Reg. III. *Medius terminus nunquam ingreditur conclusionem. Neque ex toto, neque ex parte formaliter. Lex generalis erit, medium concludere nescit. Dd. de O. & N. docent medium esse causam conclusionis efficientem. Causa autem talis est extra effectum & nihil est causa sui ipsius. Rursus, quia Dd. volunt me- dium*

dium illud esse, propter quod extrema sunt conjungenda vel disjungenda, quām absurdum est definitum ingredi definitionem, tam absurdum est medium haberi in conclusione, scil. sub tali forma & significati, sicut est in præmissis, licet in alia forma & in alio sensu, materialiter vel virtualiter ingredi possit.

Fallunt. 1. *O. Equus differt ab homine. Paulus non differt ab homine E. non differt ab equo.* (P. non est equus)

2. *Afinus est aliud ab equo. Bucephalus non est al. ab equo E. Buceph. non est aliud afino.*

Reg. IV. *Medius in altera præmissarum distribuitur completè. Alias syll. non quadrat ad Dd. de O. & N. v.g. Syll. 1. fig. affirm. est dictum de O. in actu exercito. Nisi ibi terminus in majori distributivè acciperetur, quia in minori affirmativa nunquam distribuitur, nullibi distribueretur, atque sic ad dict. de O. talis syllogismus non posset revocari.*

Fallunt. 1. *Essentia div. est Pater, E. div. est Filius, E. Fil. est Pat. Item. corpus Christi est crucifixum. Panis est corpus E.*

Reg. V. *Non licet procedere à termino in antecedente non distributo ad eundem distributum in consequente. Quia talis non quadrat ad Dd. de O. & N.*

Reg. VI. *Ex puris Negativis nihil sequitur, vi formæ. Dd. enim de O. & N. semper requirunt, ut aliquid sumatur, altera ergò præmissarum semper requiritur affirmans.*

Fall. *Contra naturam est bestiam esse hominem. Contra naturam est te esse bestiam. E. contra naturam est te esse hominem.*

Reg. VII. *Ex puris particularibus nihil sequitur. Partibus ex puris sequitur nihil atque negatis. Ubi præmissæ mere particulares sunt, deficit universalis norma, sc. Dd. de O. & N.*

Fall. *Contradictionis altera pars est vera. Contrad. altera pars est falsa. E. vera est falsa. Sub particularibus comprehenduntur indefinitæ in Materia contingenti. Sed non singulares.*

Reg. VIII. *Conclusio imitatur partem debiliorē (particul. & negantem) a. ignobiliorē. Vi D. etorum, ad quæ tales Syllogismi applicari non possunt.*

Fall. *O. homo est animal. Lapis non est animal. E. Lap. est homo:*

Inde VV. *Si qua negata præit, sequitur conclusio negans
Si qua præit partic. sequitur conclusio partic.*

Reg. IX. *Non est plus vel minus in conclusione, quām fuit in præmissis. Dd. de O. & N. volunt idem affirmari vel negari, quod prædicatum vel negatum fuit in Majori, de eodem quod sumptum fuit sub subjecto majoris in minori.*

Fallunt. *Paulus rapens est in 3. cœlum. Paulus rapens est in Paradisum E. Parædisus est tertium cœlum. Infertur minus. O. depositum est reddendum. Gladium est depositum. E. est reddendus (furioso.)*

Variationem exigunt, sunt seqq. NOVEM, ex Dicto de O. & N. deducere.

QUE-

ꝝ 65 ꝝ

Q U A E S T I O N E S.

Q. 1. An ex veris possit sequi falsum? In forma legitima negatur. In vitiola conceditur. Ut *Q. homo est Philosophus. Rusticus est homo. E. Rusticus est Philosophus. N. homo est bestia. N. equus est homo. E. N. equus est bestia.* Unde firmum & evidens indicium est male formæ, si veris præmissis conclusio est falsa. Item, quando in legitima & evidente forma seu illatione, consequens vel illatum falsum est, tum necesse est, falsum quoddam antecessisse, juxta regulam receptam. *Ex quo, immediate & per se in legitima sc. illatione, sequitur falso, id ipsum falso est.* Quam regulam multis solidè defendit *B. Danhauv. hodom. Calv. p. 31.* Ex Augustino & exemplis. *Conf. Wagn. Act. Henor. & diss. nostram IV. Preliminari. Philosophia Theologica.* Sicut autem ex veris in falsa forma potest sequi falsum, ita ex falsis pariter verum, sive bona, sive mala fuerit forma, unde non statim & illimitate procedit, quod *Wallenburchii* habent somn. p. 52. *Ex falsa præmissa sequi falsam conclusionem.* Quapropter probè distinguenda hæc sunt: Quando falsa est conclusio in legitima forma & illatione, toties necessariò falsa præcedit præmissa: Sed non viceversa: Quoties falsa est in legitima forma aliqua præmissarum, toties falsa est conclusio. Illud ideo verum est, quia in legitima forma ex veris præmissis non potest inferri falsum, quando ergo fallum inferitur, quid aliud restat, quam ut vel forma sit spuria & falsa, vel materia? sed non forma, quæ jam supponitur legitima, E. materia. Et hæc est ratio, quare jubeant Philosophi priorem curam & rationem habendam esse formæ, postmodum materiæ, quia in illa tantum veritatis sumus & possimus esse securi. De quo *Jacobus Martini, Pad. p. 326.* Omnes boni Logici, Aristoteles & qui ejus premunt vestigia, de forma prius sunt solliciti, tum de materia, & nisi de illa constet, stolidissimè materiæ ratio & necessitas attenditur, vel etiam ad eam respondetur. *Hoc autem* ideo fallit, quia etiam falso existente antecedente, potest in legitima forma inferri verum: v. g. *O. homo est lapis. O. homo est adamas. E. Q. adamas est lapis.* Est in *Darapti*, adeoque legitima forma; conclusio est vera, utraque præmissarum falsa. Eadem est conditio sequentium. *O. homo est animal. O. Equus est homo. E. O. equus est animal. O. homo est animal. N. equus est animal. E. N. equus est homo.* Primus est in *Barbara*, alter in *Camestres*, utriusque conclusio est vera & minor falsa. Quapropter manet, quandocunque in legitima forma conclusio est falsa, falsa relinquitur aliqua præmissarum, si non utraque: Sicut cum oī minō valer supra adducta regula, Theologis præsertim, practica: *Ex quo sequitur falso (dum sc. iam sequitur, in legitima illatione) id ipsum falso est.* Ast non, quandocunque præmissa est falsa, conclusio quoque est falsa, la quo aberrant multi, ita concipientes regulas: *Ex vero sequitur verum, ex falso falso.* Et putant absolutè regulam istam applicandam esse: *Contrariorum est eadem ratio.* Cum in suis limitibus, ut regula *Topica*, accipienda veniat, satisque salvetur, quod omnino præciat falsum, quanquam non necessariò ubique. Neque concipiendum, quasi hæc sunt incompossibilia cum regula ista Theologis frequentata, siquidem potius ea inde corroboratur, & loquitur de casu, quando sequitur falsum, non quod semper sequatur.

Q. 2.

Q. 2. An conclusio sit neganda? *N.* Si legitimè est illata, immobilis est. Aliás diceretur ex veris in legitima forma posse sequi falsum. Et si liceret negare conclusionem, quis hæreticorum aut maleficorum vel convinci vel damnati posset. Omnidò invenimus, malos istos socios non tam præmissis, quam conclusione vexari. Conf. Stahl. q. Log. 90. Scharff. c. Xde instantia, p. 255. process. diff. Scheibl. 700. Danh. Dial. sac. 278. Derod. 627.

Q. 3. An Syll. Qui dicit omnibus esse bibendum, neminem excipit, atqui Christus dicit, omnibus esse bibendum E. peccet contra reg. secundam? *N.* Quia sicut Tò omnibus accipitur in Majori, ita & in minori, scil. pro omnibus, qui non solùm in foro ecclesiæ sunt constituti, sed & potionis sunt compotes & probationis capaces, ut seipso probare & explorare possint. Sicut hic verus est, & legitimus. *Quibusunque Christus dixit, comedite, illis etiam dixit, bibite, at quod omnibus, sc. capacibus, dixit, comedite. E. Ita & ille. D. Danh. contra Nibusum deliqui p. 333. 261.*

Q. 4. An in sequenti Sylogismo sine vitio numerentur plures termini? *Dextra DEI est ubique, Christus sedet ad dextram DEI E. A. quia reg. & loquitur de syllog. manifesto, non de crypto, ubi major indirecta habetur, & loco directæ posita est probatio, sicut illa, loco hujus: Qui sedet ad dextram DEI est ubique, tanquam major erat posita. Idem fit in hoc syll. Natura agit propter finem, ars imitatur naturam. E. Ars agit propter finem. Major quoque est indirecta, & non nisi probatio hujus vere majoris: Quodcumque imitatur naturam, agit propter finem. vid. Kest. de conseq. p. 97. Danhauv. Dial. sac. 246. Meisn. Phil. i, p. 349.*

Q. 5. An mutato genere predicationis multiplicentur termini? *A. Tum enim dicitur mutari genus, quando mutatur categoria. v. g. Quod corpus fuit crucifixum, illud manducatur incana. Sed visibile &c. 2. Suppositionis genus, (non statim quando species mutatur, sicut patet, quando idem terminus in majori accipitur distributivè, in minori confusè sine vitio) 3. notio prima in secundam vel contra. 4. abstractus in concretum, obliquus in rectum &c. ast hisce omnibus modis termini multiplicantur, ut exempla sunt notoria & ubivis obvia, conf. Meisn. c. I. p. 353.*

Q. 6. An descriptis regulis adhuc aliae sint addenda, v. g. *Ab est tertii &c. A. divisis ad conj. Non fiat transitus ab uno ad alterum. Non mutetur genus suppositionis. A. Collectivo ad distributivum. N. V. C. Item: Statibus præmissis, stat conclusio. Negat à conclusione, neganda est aliqua præmissarum. Qualis terminus est in antecedente, talis erit in consequente. Quae convenienter in uno tertio &c. Nég. Quia quæ ex his regulæ sunt generalis consequentie, in superioribus continentur. Quædā tamē ad consecutionem pertinent, ut supra constituit ultima specialis est syllogismorū expositiorū.*

A XIOMATA & EFFATA.

1. Regula generalis non contradicatur prejudgetus speciali, & contraria; Ubi hæc ex illa fuit, aliter si exceptionem dicir, ibi speciale derogat à generali, quod ex Grammaticis etiam evidens est.
2. Regula prudentia non est opponenda Logice de consequentia. Una enim non exvertit aliam. Vid. Ebel. disp. IV. de util. Log. contra Bellarmine.
3. Regula generalis omni figura est communis, omnique materia applicanda.
4. Multitudine regularium (non abundantium) experientia confusonis.

DIS P.

DISPUT. XVII. TABELL. LOG.

DE TRIBUS FIGURIS TABELL. III.

In 1. Fig. Not. TRIA. i. Quid sit? 2. Modi. 3. Leg.

- I. *Quid sit figura prima?* qd. ubi medius terminus in majori subjicitur & in minori praedicatur, ut: *O homo est à Deo. Petrus est homo. E. est à Deo.*
1. b *Arb Ar A*, habet omnes propositiones, præmissas & conclusionem, Universales affirmantes, ut: *O animal vivit. O. homo est animal. E. O. homo vivit.*
- II. *Quot eius modi?* qd. IV. Barbara, Cela-rent, Darii, Ferio.
2. c *El Ar Ent*, habet majorem & conclusionem Universales negantes, minorem Universalem affirmantem, ut: *N. athene salvatur. O Turca est Iathenus. E. N. Turca salvatur.*
3. d *Ar II*, majorem habet Univ. affir. minorem & conclusionem particulares affirmantes, ut: *O. Sanctus Deum honorat. Q. homo est sanctus. E. Q. homo Deum honorat.*
4. f *Er/O*, majorem habet univ. neg. minorem part. aff. conclusio-nem part. negantem, ut: *N. homo est lapis. Q. substantia est homo. E. Q. substantia non est lapis.*
- III. *Regula sunt due.*
1. Major 1. fig. semper sit universalis. Verè i.e. distributivè, completem & formaliter universalis, non particularis, licet esse quoque possit singularis.
2. Minor 1. fig. semper sit affirmans, nunquam vi formæ verè negans, sive explicitè sive implicitè neget. Potest tamen esse infinita. ut: *Qui non est ex Deo, verbum Dei non audit, Iudas non est ex Deo. E.*

De II. Figura.

- I. *Quid 2. Figura?* qd. ubi medius terminus in utraque præmissarum praedi-catur, ut: *O. homo est rationalis. Leo non est rationalis. E. Leo non est homo.*
1. c *Eſ Ar E*, habet majorem & conclusionem Univ. negantes, minorem Univ. affirmantem, ut: *N. homo est angelus. O Seraphim est angelus. E. N. Seraphim est homo.*
- II. *Quot modi?* qd. IV. ut sunt Cesare, Came-stres, Festino Baroco. (vel Fadoco.)
2. c *Am Eſ r Eſ*, majorem habet univ. aff. minorem & conclus. universales neg. ut: *O angelus est spiritus. N. homo est spiritus. E. Nullus homo est angelus.*
3. f *Eſ Ino*, majorem habet Un. Neg. minorem part. aff. & concl. part. neg. ut: *N. homo est bestia. Q. animal est bestia. E. Q. ani-mal non est homo.*
4. f *Ad Oc O vel b Ar Oc O*, majorem habet Un. Aff. minorem & concl. Part. Neg. ut: *O homo est animal. Q. corpus non est ani-mal. E.*

- III. *Regulae sunt due.* 1. Major sit universalis. 2. altera præmissarum negans: vel ex puris affirmativis in 2. fig. non valet consequentia.

I. Quid 3. Fig. 2. Ubi medius in utraque præmissatum subjicitur, ut: *O homo est animal. O homo est substantia. E. Q. substantia est animal.*

1. d. *Ar. Apt. I.*, habet majorem & min. Un. Aff. & conclusionem partic. aff. ut: *O homo est animal. O homo est subst. E. Q. subst. est anim.*
2. f. *Erl. Aps. On.*, habet maj. Un. Neg. minorem Un. aff. & concl. part. negantem, ut: *N. homo est lapis. O homo est substantia. E. Q. substantia non est lapis.*
3. d. *l. Am. Is.*, majorem & Conclusionem part. aff. minorem Un. aff. ut: *Q. homo est pius. O. homo est à Deo. E. Q. quod est à Deo, est pius.*
4. d. *At. Is. I.*, habet majorem Un. Aff. minorem & concl. part. aff. ut: *O homo est risibilis. Q. homo est sanctus. E. Q. sanctum est risibile.*
5. b. *Oc. Ard. O.* (vel d. *Ode. Armid. O.*) habet maj. & concl. particulares neg. minorem Univ. aff. ut: *Q. homo non est doctus. O homo est rationalis. E. Q. rationale non est doctum.*
6. f. *Erl. I. On.*, majorem habet Un. Neg. minorem part. aff. & concl. part. neg. ut: *N. homo est lapis. Q. homo est albus. E. Q. album non est lapis.*

II. Quot sunt 3. Fig. modi? 2. VI.
ut: *Darapti, Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, (Dodarmdo) Ferison. Secundum Ver. Vulg. Barbara, Celarent, prima Darii Ferioque. Cefare, Camestres, Festino, Fadoco (Baroco) Secunda. Tertia grande sonans edit: Darapti, Felapton, Adjungens, Disamis, Datisi, (Dodarmdo) Bocardo, Ferison.*

III. Regulæ sunt quoque Due: 1. Conclusio, 2. Fig. semper sit particularis. 2 minor semper affirmans.

Tertiæ figuræ speciatim subjicitur *Syllogismus expositorius*, qui probat conclusio-
nem Syllogistici communis per medium singulare, ut: *David est adulter. Da-
vid est sanctus. E. Q. sanctus est adulter. Medium singulare est David.*

Syllogismus communis esset talis: *Quicum alterius uxore rem habuit, est adulter. Q. sanctum alterius conjugem rem habuit. E. Terminus iste communis, rem ha-
bere cum alterius conjugi, si exponitur per medium singulare, Syll. dicitur ex-
positorius.*

Q U A E S T I O N E S.

Q. 1. An & quomodo syllogismi infiniti cujuscunque figuræ, sit formaliter boni? 2. Quia semper in tali forma ex veris inferant verum, & contra nullam regulam pec-
cant, boni sunt, v.g. in I. Fig. *Quoniam est homo, non est animal. Lapis non est homo. E.* Minor est affirm. quia *tonon*, pertinet ad prædicatum, sicut in majori pertinet ad
subjectum. Et principalis copula subintelligitur, sc. *Lapis est id, quod non est homo.* Et nisi talis minor esset affirmans, conclusio quoque in hoc syllogismo non posset
esse affirmans, v.g. *Quoniam non est animal, est expressus sensus. Lapis non est animal. E. est ex-
pressus sensus.*

persensu. NB. quando syllog. infinitus est in 2. observandum est, ut conclusio recte inferatur. v.g. Quod non vivit, non sentit. Asinus sentit E. Asinus non est id quod non vivit. Vitiōsē. E. asinus non vivit. Item: Quod non est animal, est expersensu. Bestia non est expersensu. E. non est id quod non est animal. Malē. E. bestia non est animal. Conclusio in talis casu debet esse non solum infinita sed & negans, ut imitetur partem debiliorem, alterum E. non semper ad terminum pertinet. Dico in talis casu, ne putetur omnem conclusionem syllogismi infiniti necessariō requiri infinitam; potest enim vel ultraque vel alterutra præmissarum esse infinita, (quando videlicet medius terminus infinitatur) & conclusio manere finita. v.g. ex 1. Post. c. 10. Quod nullis micat radius, est propè à nobis. Planeta nullis micant radius. E. Planetæ sunt propè à nobis. Et in 2. Fig. Qui est electus, pro eo Christus non est frustrā mortuus. Finaliter imp̄enitens non est ille, pro quo Christus non est frustrā mortuus. E. Final. imp̄enitens non est electus.

Q. 2. An Syllogismi Singulares possint referri ad prædictos figurarum modos? A. possunt ad modum universalium formari, unde dicuntur vi tute universales sive negative, ut vid. Coll. Phil. Theol. disp. 2. pag. 44. v.g. Quicunque est Socrates, non calce misces Deos. Ego sum Socrates E. Reducitur ad Perio. Et sic non mereantur speciales modos, Jacob. Mart. Log. p. 415. Gutz. disc. philos. cont. Ram. p. 50.

Q. 3. An major. 1. &c 2. fig. per se &c necessariō debeat esse universalis? A. ratione formæ. Derodon p. 627. & p. 636. dicit, si per se, nunquam posset ex particulari concludi, quod enim per se sit nunquam potest fieri aliter. B. Sicut ipse per se requirit ratione formæ semper tres terminos, licet aliquid ex 4. verum sequatur, ita nos per se requirimus in 1. & 2. Fig. maiorem Univ. Et quando ex particulari sequitur verum, non per se sed per accidens & ratione specialis materiae inferritur. Idem tenemus, quando prædictus Autor negat ex minore negante 1. & 3. fig. vitium derivari, cum è majori particulari & minori negante in 1. fig. semper recte concludatur, modo non adducantur plures quam tres termini. Nam plures terminos ipsi non permitimus in hoc argumento: Q. homo est bipes Nullus cygnus est homo. E. Q. cygnus non est bipes. Et tamen ex veris concludit falsum.

Q. 4. An Major. 1. Fig. possit esse particularis, quando medium cum relativo identitatis, ut vocat Scotus, repetitur in minori? v.g. Quoddam album currit, Socrates est illud album E. Socrates currit. B. Nihil syllogismus hāc majori: Quodcumque est illud album, currit. Et nisi in majori idem album intelligeretur, forent. 4. termini. vid. Stahl. inst. Log. 193.

Q. 5. An Syllogismi 3. Fig. in quibus totum prædicatum in conclusione non representatur, sint vitioli? A. 1. Quia ex veris concludunt falsum, quod est indicium infallibile male formæ. v.g. Deus est Deus Abrahe. Deus est Deus Iaaci. E. Iaac est Abram. Paulus raptus est in Paradisum. P. raptus est in carcere. E. Carcer est paradisus. 2. Minus est in conclusione, quā in fuit in præmissis, ita E. inferendum. E. Deus Iaaci est Deus Abrah. Et in altero. E. Quidam qui raptus est in carcere raptus est in Paradisum, contr. Mēsh. part. 1. p. 343. v. Spec. disp. acutiss. Dn. Ebel. Cornel. Mart. ai. al. 4. 6. p. 8. Jacob. Mart. 412. Sebarts. 474.

Q. 6. An conclusio Syll. Expositorii sit particularis? A. contr. Goclenium probl. 4. part. 3. Retinetur enim eadem conclusio, quæ est syll. communis, pro medio comuni saltem substituto medio singulari. Ast in syllog. communis 3. Fig. est particularis, non singularis, E. & in Expositorio vid. Jacob. Mart. p. 418.

Q. 7. An syll. Expositoriorum pertineat ad 3. Figuram? Ita censent plures, ut Schafff. p. 493. Jacob. Mart. 412. Nos commodissime & apertissime in 3. Figura formari Expositorios ideo docemus, quia ibi medius terminus bis subjicitur, singulare autem apius est subjici, quād prædicari. Quia tamen & prædicari aliquando possunt singulares termini non omnino reliquis Figuris hunc syll. invideamus. Quid enim prohibebit talem formati in 1. Fig.? Socrates est sapiens. **Q.** pauper est Socrates E. **Q.** pauper est sapiens. contr. Finck. Sched. p. 326.

Q. 8. An Syll. Exposit: sit verus syllogismus? A. Quia illi definitio & omnes leges Syllogisticæ ita convenient, ut contra nullam impingat, adeoque illis observatis nunquam ex veris concludat falsum. vid. Scheibl p. 706. Horn. 438. Inst. Log. Jacob. Mart. 416. 417. Finck. cl. 301. Kest. de conseq. p. 108. in primis Exc. Dn. Ebel. diff. 2.

Q. 9. An Expositorius evertat Trinitatem? hoc modo: *Ess divina est Pater. Ess. div. est Filius. E. Filius est Pater.* Et. Ejusmodi Syll. non quadrant ad dictum de O. medius enim in neutra præmissarum distribuitur completem. vid. sup. reg. gener. Unde requiriatur in Syll. Exp. medium singulare, non solum ratione rei significata, verum & ratione modi, ut addi possit O. quod est. vel N. quod est, quod hic dici non potest. Falsum enim est: O. quod est & dicitur essentia Dei, est Filius. vid. Exc. Ebel. compend. Logic. 189. Stahl. pag. 108. Finck. 328. Kest. Logic. Phil. 146. Voetius. Theol. nat. 132.

E F F A T A.

1. Prima figura est omnium perfectissima. Quænulla indiget reductione aut perfectione.
2. In 1. F. omnis generis problemata concludi possunt, i. prior c. 4. Universale affirmativum & neg. particulare aff. & negativum.
3. In 2. Fig. tantum fiunt syll. negativi. Quia ex puris affirmativis nihil hic sequitur &, præcedente unâ præmissarum negante, necesse est sequi negantem, conclusio negans semper propositionem syllogismi negantem arguit.
4. In 3. Fig. tantum fiunt Syllog. particulares. Quia conclusio non est nisi particularis formaliter.
5. Quæcunque convenient in uno tertio (singulari & incommunicabili) illa intersese convenient. Paulus est Apostolus, Paulus est peccator E. **Q.** Peccator est Apostolus.
6. Quoruincunque unum cum tertio singulari cohæret, alterum discrepat, illa intersese discrepant. Paulus non est hypocrita. Paulus est Apostolus E. **Q.** Apostolus non est hypocrita.

DE

DE REDUCTIONE SYLLOG. MODALI, EXPOΝIB. ET OBLIQUO.

De Reductione in genere, tanquam principio altero perficiente, noranda sunt hæc Duo. scilicet.

1. *Quid?* Reductio est artificiosa transformatio syllogismorum imperfectorum ad 1. Figuram.

NB. Syllogismi 2. & 3. Figure, ut & indirectionum modorum 1. fig. dicuntur imperfecti, indeque reducibilis, quia non sunt actu dictum de O. & N. ut syll. 1. Fig. indeque minus evidenter, (interim certè) concludunt.

1. *Quid sit?* est illa reductio, quâ Syll. imperfecti, mediante terminorum conversione, vel etiam præmissatum transpositione, fiunt Syllogismi 1. Figure, conclusione vel retenâ vel ejus convertente illatâ.

2. *Quomodo fiat?* Observandæ sunt literæ modi reducendi consonantes, tum initiales, tum mediae. Nam 1. initialis vult reductionem fieri ad eum modum 1. Fig. queandem tenet literam initialēm. v.g. *Dismis, Datis, Darapti* ad *Darii, Festino* ad *Ferio &c.*

I. De ostensiva duo.

Deinde 2: media docet vel conversionem vel transpositionem, sc: in qua syllaba invenitur S. illa propositio si expliciter est convertenda. In qua litera P. illa prop. est convertenda per accidens. Et ubi habetur litera M. illa prop. est transponenda. (*Qualibet enim syllabâ nō est propositio em*) secundum VV. S. Vult simpliciter verti, P; verò per accid. M. vult transponi. C. per impossibile duci.

NB. Quia tamen Modis, in quibus aliâ C. invenitur, nunc solent converti ostensivè, ut sequetur, conversione per contrapositionem, illa notatur per literam D; in medio, quando pro Baroco dicitur *Fadoco*, & pro Bocardo *Habetui Dodecarmdo*.

Res in exemplis & præz i ta ostendî potest; ubi nota, in divisione syllabarum consonam medium semper conjungi cum vocali præcedenti, nō sequenti. v.g. *dico, Cef-are, non Ce-la-re.*

Cel. N. lapis est ho- CE N. homo est Cam O animal sentit. Ce N. sentiens est mo. lapis. E. lapis.

ar O. rat. est ho- LA ————— *ess N. lapis sentit. E. la- O animal sen-*
mo E. Ad ————— *tit. E.*

e N. rationale RENT ————— *tres N. lapis est ani- rent N. anim. est*
est lapis. mal. Ad. lapis.

Fes N. lapis est Fe N. an. est lapis. *Fad O. animal sen- Fe Quodcumq. nō sen-*
animal ————— *tis. ri--- majori conver-*

un Q. albū est an. ti ————— *oc. Q. subst. nomi* ————— *sā sentit. E. o---- per contraposi-*

E. Ad ————— *Q. substancial* ————— *tionem.*

o Q. album non ————— *non est an. Ad.*

Exempli

Exempla duo in 3. Fig.

Dis Q. substantia est Da O. substantia est
lapis.
am O. substantia est ri Q. lapis est sub-
ens E.
is Q. ens est lapis. Ad i Q. lapis est ens.

Dod Q. subst. non est Da O. substantia est
corpus
carm O. subst. est ens ii Q. non corpus est
E.
do Q. ens non est cor- i Q. non corpus est
pus Ad Ens.

NB. Eodem modo Darapti & Datisia ad Darii, Felapton & Ferison ad Ferio re-
ducuntur.

II. De reductione
per impossibile
etiam Duo.

1. Quid? q. quando ex contradictoria conclusionis & una
præmissarum retenta concluditur alterius præmissæ con-
tradictoria.

2. Quomodo fiat? q. Si Syllogismus reducendus est 2. Figu-
ræ, retinetur Major, & concluditur minoris contradic-
toria, dicto modo. Si autem Syll. red. est 3. Fig. retinetur mi-
nor & majoris contradictoria concluditur. Secundum
VV. Servas majorem, variatque Secunda minorem.

In exemplis, Tertia majorē variat, servatque minorem.

Cat O. homo est animal.
est N. lapis est animal, E.
res N. lapis est homo.

X Q. lapis est homo.
Q. lapis est animal.

tin Q. subst. est anim. E.
o Q. subst. non est lapis

X O. subst. est
lapis E.
N. substancia est animal.

Ita ad absurdum duco, quando adversarius vellet in Camestres v. g. dubitare de
vera consequentia & ramen concedere veras præmissas. Tum urgerem: Aut
vera est hæc conclusio, aut ejus contradictoria? Si illud, habetur intentum.
Si hoc, conclusionis contradictoriam tanquam veram, facio præmissam, &
concludo formaliter in 1. Fig. alterius præmissæ contradictoriam; Sed quia
absurdum est, concedere duas contradictorias esse simul veras. Adversarius
hoc modo deductus est ad absurdum vel impossibile. Porro in 3. Fig.

Dar O. homo est ens
ap O. homo est corpus E.
ti Q. corpus est ens.

Contrad.
Contrad.

N. corpus est ens.

N. homo est ens. Ejus substantia est.
Q. homo non est ens, quæ formaliter
contradictoria.

NB. DE modis indirectis 1. Fig. quia illis optimè carere possumus, nihil di-
cere volui, quamquam alias & ostensivè per impossibile reduci possint,
de quo alibi.

g. Quid?

1. Quid? Syll. Modalis est, cuius vel una vel omnis propositio est modalis; ut
Nec. est hominem esse animal. Petrus est homo. E. Necess.

Purus, cuius omnes propositiones sunt modales & quidem ejusdem
modi, ut: Necess. est hominem esse animal. Necess. est Italum esse ho-
minem. E. Nec. Italum esse animal. Vel

2. Quatu- Mixtus, cuius aliqua propositio solùm modalis est, vel omnes, di-
plex? versorum autem modorum, v.g. Necess. O. animale esse corpus. O. hec
Est vel mo est animal. E. Nec. O. hominem esse corpus.

Syllog. Exponibilis est, qui constat ex propositionibus exponibilibus, ut. homo est
animal, solùm rationale est homo E. sol. rat. &c.

NB. Sicut autem exponibilis in plures alias resolvitur, ita pro varia resolutione
etiam variis syllogismi exurgere possunt absoluti, v.g. ex illo primo hic: O. ho-
mo est animal, rationale est homo E. hactenus bene. Deinde talis. O. homo est
animal. Quicquid non est rationale non est homo. E. Quicquid non est rationale
non est animal. Malè, quia minor in 1. Figura negat.

Syllogismus obliquus est, cuius propositiones sunt obliquæ, ut contrariorum est
eadem scientia. Virtus & vitium sunt contraria E. illorum est eadem scientia.

NB. Quotiescumque tales syllogismi dubium movent aut difficultatem, redi-
guntur ad rectos, & difficultas superabitur.

Q U A E S T I O N E S.

Q. 1. An reductio sit simpliciter necessaria? N. Est utilis & necessaria secundum
quid, ut adversariis præsciadatur omnis elabendi causa vel ansa, simplicem autem
necessitatem non deprehendimus.

Q. 2. An tantum modi Baroco & Bocardo efficiant reductionem per impossibile? N.
Nam non solum isti per impossibile reducuntur, ut habet praxis: Neque solùm
reliqui modi reducuntur ostensivè. Si enim substituas pro Baroco Fadoco &
pro Bocardo Dodcarndo, adhibitâ conversione per contrapositionem, quæ litera D.
in medio notatur, praxis ostendit reductionem ostensivam.

Q. 3. An O. Syll. sit modalis, qui habet propositionem modalem? A. Si habet for-
maliter modalem, ubi modus in actu exercito accipitur, sicut oportet.

Q. 4. An Syll. Mod. Exponibilis aut obliquus exigat speciales consequentiaz regulas?
N. Possunt enim commodè ad constitutas referri & secundum eas judicari, quan-
doquidem verus sensus fuit expositus. Nam neque hic licet argumentari ex. 4.
terminis, puris negativis, puris particularibus &c.

Q. 5. An ex puris necessariis Syllogismus modalis inferat in omni Figura conclusio-
nen necessariam? A. cum Aristotele. Si præmissæ fuerint absolute necessaria, in-
ferunt & conclusionem necessariam. Jacob. Martini p. 420. putat non sequi in 3.
Fig. ex hac syll. Nec O. constans materiam & formam esse quantum. Nec O. const. ex mat.
& form. esse substantiam E. N. quandam substantiam esse quantam. Ast res non pot-
est se habere aliter, quamvis substantia sit quanta. vid. Horn. Inst. p. 462.

Q. 6. An in 1. Fig. ex Majori necessaria & minori absoluta, sequatur conclusio necessaria? A. cum Arist. Neque obstat hoc: *Nec. O. Philosophum esse doctum. Petrus est Philosophus. E. N. Petrum esse doctum.* Nam conclusio est necessaria, necessitate quando & sensu composito, quatenus scil. est Philosophus. Sicut major ita formata. *O. qui est Philosophus, necessarij est doctus, in sensu composito, quatenus est Philosophus, continet maximè & hunc Petrum, alijs non est vera sensu distributivo.* vid. *Horn c.l.*

Q. 7. An ex puris possibilibus & contingentiis sequatur talis conclusio? A. cum Arist. in 1. & 3. Fig. Non in fig. 2. quia ibi medius terminus est prædicatum, ad prædicatum a. quando modalis composita relolvitur in divitiam, refertur modus, ut stet à parte prædicati, E. tum non potest ingredi conclusionem, quia medius terminus, etiam ne ex parte quidem conclusionem non ingreditur. *Jacobus Martini rufus putat sequi tum absolutam, & objicit hoc exemplum. Cont. O. currens esse hominem. Cont. O. rationale currere. E. Cont. O. rat. esse hominem.* Quod absurdum. q. 1. Majorem non esse distributivam completam, cum dici non possit. *O. id quod currit, est contingenter homo, vel contingit omne id quod currit vel potest currere, esse hominem.* q. 2. potest majoris sensus esse hic: *Omne currens esse hominem, est propositione contingenter vera, & sic minor non potest subsumi, rationale enim non est omne currens esse hominem.* Non ergò miremur conclusionem absurdam.

Q. 8. An omnis syllogismus exponibilis, etiam exceptivus, verus sit syllogismus, qui ad veram formam syllogisticam reduci possit? Sunt qui exceptivum nullitatibus damnant & omnem pro falso & inepto habent ad form. syll. cùm falso sequatur: *O. animal quod non est homo, est brutum. Petrus est animal E. Petrus qui non est homo, est brutum.* Ast supponunt incertum & falsum, quasi in majori, id quod non est homo, non ad subjectum referri debeat, cùm utique talis descriptio subiecto sit addenda, & talis exponens sit. *hujus exceptivæ: O. animal, prater hominem est brutum.*

EFFATA ET AXIOMATA.

1. Reductio est syllogismorum [de cuius consequentiae evidētia dubitatur] perfectio.
2. Reductio est omnium enunciationis affectionum exercitatio. Omnes enim ibi occurunt.
3. In modalibus maximè est vitanda terminorum multiplicatio.
4. Modales cum absolutis idem habent concludendi fundamentum.
5. In exponibilibus termini rectè sunt distinguendi, determinandi & collocandi. Alijs & sensus variatur & termini confunduntur, unde vitium facile deprehenditur in hoc: *Fides sine operibus justificat; Fides sine operibus est res mortua E. res mortua justificat.*

DISP.

DISPUT. XIX. TAB. LOG.

DE

SYLLOG. COMPOSITO.

1. Quid? s. Syllogismus Compositus est, cuius propositio major, aut utraque præmissarum, est composita, si Dens est justus, peccatores impoenitentes judicabit. At, si verbum ejus est verum, est justus. E. si verbum ejus est verum, peccatores indicabit.

1. Quid? Est cuius major est conditionalis, aut utraque. Sed homo currit, movetur. At currit.

1. Purè hypotheticus, cuius utraque præmissarum est conditionalis, ut, si datur creatura, datur conservatio creature. Si datur creator, datur creatura. E. Si datur Creator, datur conservatio creature.

2. Quomodo plex? s.
Duplex,
vel

vel
Hypotheticus ex parte, cuius tantum major est conditionalis, de quo porrò in speciebus.

Prima, quæ ponit antecedens & concludit consequens. Sive quæ progreditur à positione antecedentis ad positionem consequentis. Si Petrus est homo, est animal. Sed est E.

Secunda, quæ tollit consequens, ut tollat antecedens: V. quæ progreditur à remotione consequentis ad remotionem antecedentis, ut: Si Petrus non est animal, non est homo, atqui non non est homo. E. non non est animal.

NB. Modi, utriusque figuræ quidem varii sunt, ita ut vel utraque pars affirmet, vel utraque neget, vel una affirmet & altera neget, at in omnibus hoc generaliter tenendum & notandum, ut formaliter tollatur & ponatur. Ponere autem hīc non est affirmare, sed eodem modo, ut in majori haberur, in minori repetere & assumere: Et tollere, est specialiter contradicere vel contradictoriam assumere, ut ostendi potest in hisce: Si O. homo est doctus, etiam O. rusticus est doctus, sed nullus rusticus est doctus. E. nullus homo est doctus. Minor ita. Sed quidam rusticus non est doctus. E. Q. homo non est doctus. Si O. homo est animal etiam aliquid animal est homo. At aliquid animal non est homo. B. Aliquis homo non est animal. Minor ita: Atqui Nullum animal est homo. E. nullus homo est animal.

K. 2

II. Dis-

1. Condicio-
naliter
vel

Hypothe-
ticus.

Ubi III.
Occur-
runt te-
nenda.

Quomodo-
plex?
s.
B. Tri-
plex.

3. Figure.
quæ Dux-
sunt

I. *Disjunctivus est*, cuius major est disjunctiva.

Figura ejus duæ sunt.

Prima, assumit unum & reliquum tollit, ut: *a calida, a frigida, a tepida est aqua, sed est calida.* E. neque frigida neque tepida.

Secunda, tollit unum & reliquum concludit, ut: *a sanus est homo, a ager sed non est ager, E. sanus.*

II. *Copulativus*, cuius major est copulativa negans, ut: *Non & pius & scortator fuit Iosephus, sed fuit pīus E. non fuit scortator.*

N.B. Sicut peculiare hoc est in Syll. copulati: ut habeat propositionem majorem negantem, ita & unam tantum tenet figuram, sc. tantum assumit unam partem & reliquam vel reliquas tollit. Non autem contra, ut possit etiam unam tollere & alteram concludat, ubi ex veris statim sequitur falsum, v.g. *Non & albus est paries, & niger. Sed non est albus, E. est niger. Lignum non & lapis est & animal. Sed non est lapis, E. Animal.*

QUÆSTIONES.

Q. 1. An O. Syllogismus in specie hypotheticus, semper majorem habeat compositionem? A. Quia talis syllog. ubi solùm minor est composita, nihil habet alieni à Syll. simplici. v.g. *Omnis homo est animal. Petrus si est rationalis, est homo. E. Petrus, si est rationalis, est animal.* Talis syllog. enim in 1. fig. est, neque plures ibi numeramus terminos, quām tres.

Q. 2. An syllogismus conditionalis necessariò sit reducendus ad simplicem, indeque ejus consequentiaz regulis gaudeat? D. Sicut in Syll. disjunctivo & copulativo reductione non est opus, neque retentis iisdem terminis, semper dabilis est. Ita pariter in Syll. conditionali rem sele habere existimamus, licet reductio ibi & frequenter & facilior occurrat, adeoque tum dabilis inveniatur: Imò si tandem mutatis nonnihil habitu, dispositione & terminis, fiat reductio, non videmus, quare tanto pere à quibusdam urgeatur, cum & hæc dispositio sit naturalis & non nunquam convenientior naturæ, quām reducta ad formam simplicem, v.g. convenientius dicitur: *Si Christus resurrexit, etiam nos resurgentemus. Sed resurrexit E.* Quām si hunc ita modum simplicis formæ juxta illos procederem: *Christus resurrexit, Nos sumus Christus (per q̄ē) E. Nos &c.*

Q. 3. An Syllogismus specialiter hypotheticus vel conditionalis sit propriè dictus Syllogismus? A. Et quidem in gemino quæstionis sensu: Vel sermo est, de Conditionalis communis in 8. explicato, ubi negamus talem dubiaz esse consequentiaz, incertaz & non evidenter veritatis, adeoq; adversarium non stringere, nisi sub forma compareat simplici. Omnis enim formalis, naturalis & legitima argumentandi forma, cuius præmissæ sunt veræ, & dispositio immotis naturæ legibus ianixa, stringit adversarium, sicut eo fine communiter talis usurpari consuevit species, cum verò talis deprehendatur in syllogismo conditionali, non assurgendum dicimus illorum rigori: Vel, sicut ruris aliter explicatur, quæstio est de hypothetico materialiter & singulariter tali, qui alias *Metaphysicus* appellatur, concludens ex pacto, conditione:

tione & supposita vel approbata quadam hypothesi extra syllogismum; & cum
nec illi aliquid ad formam syllogismi deest: Ita ex hypothesi, qua supponitur
resurrectio mortuorum, si probata fuerit mortuorum existentia & vita, concludit
hic Metalepticus Christi. *Quorumcunque Deus dicitur Deus, illi vivunt adeoque*
superstites sunt. Sed demortuorum Abrahami, Isaaci & Iacobi, Deus dicitur Deus.
E. Demortui, Abr. Is. & Iac. vivunt. Non concluditur eisdem verbaliter, se-
curetio mortuorum, ast ex i)la hypothesi communis dicta, qua illa conceditur pro-
bata ex probata mortuorum existentia. Utrobique ex positib; quibusdam aliquid
necessariò concluditur, ut ex praxi relinquitur, adeoque habetur definitio & na-
tura syllogismi, *Leber. in Syl. Comp. p. 10. 12. & seqq. Scheibler. p. 733. Contr. Crelle.*
Regium & Arnisaum.

Q. 4. An Copulatus à disjunctivo sit latus distinctus, tanquam distincta syllogismi
species? A. Quod probat distincta utriusque definitio & natura procedendi ex
Tab. Neq; copulativam & disjunctivam possimus admittere & quipollentes. Quae
enim & quipollentia inter has: *Astius non est homo & animal & quadrupes est. Asti-*
nus a. homo a. animal ant quadrupes est. Illa est vera, hæc falsa.

Q. 5. An Syllogismus purè hypotheticus sit syllogismus compositus, an simplex? A.
prius 1, quia, ut syllogismus ex parte hypotheticus concludit, positâ hypothesi, ita
& hic 2. Quia propositio major est conjuncta. 3. Quia nulla potest dari ratio, cur
propositio major conditionis cum minori absoluta faciat syllogismum compo-
situm, non a. si & alia hypothetica accedit, quasi minor hypothetica accedens ma-
jorem tolleret? Simplicem esse arbitrantur Scheiblerus & Finckius, ille in Log. hic:
in 2. schedias. p. 332.

Q. 6. An purè hypotheticus datur tertiaz figura? N. quia i)ta figura, ut analogice
vocatur, ex veris inferit falsum v. g. *Si homo est animal, sentit. Si homo est animal,*
est substantia. E. Si homo est substantia, sentit. Si vero absolute inferatur conclusio,
Quædam substantia sentit, argumentationi nihil deest.

Q. 7. An in Syllogismo conditionali tres requirantur termini, sicut in simplici? N. Li-
set pauciores quam duo esse non possint, possunt tamen & duo hæc sufficere, ut *Si*
o homo est animal, quoddam animal est homo. At qui prius est. E. posterius. Possunt
& 4. adhiberi, ut si virtus est laudanda, vitium est vituperandum, at qui &c. Licet
ad tres necessariò sit redigendus, quando ad simplicem formam reducitur. Quod
deinde non siet, immediatè & formaliter iisdem terminis manentibus, sed nooni-
hil immutatis & variatis.

Q. 8. An plures figuræ dentur in syll. condit. quādum duc? N. Omnis enim syll. condit.
propreditur legitimè, vel à positione antecedentis ad positionem consequentis, vel
à remotione consequentis ad remotionem antecedentis. Non contraria falluntur
ergo, qui vel à remotione antecedentis vel à positione consequentis procedunt,
quia ex veris elicunt falsum, si non semper, sufficit, quod aliquando. v. g. Falsum
concluditur. *Si homo est bestia, est animal.* Sed non est bestia E. non est animal, vel,
sed est animal E. est bestia.

Q. 9. Quæ sunt requisita syllogismi disjunctivi? **v. i.** requiritur propositio affirmans, non negans. Quia negans est uepta, sub qua substantia concludi possit. v.g. Non aut homo est corpus, aut substantia. Non aut bestia est animal aut sentiens. Deinde talis propositio est vera, nec tamen dici potest, unam partem esse veram, alteram falsam. **2.** partes sint verè oppositæ, non subalternæ & planè non pugnantes, ut *a. homo est corpus, a. non est Leo*; **3.** Omnes partes enumerentur, nè dari possit tertium, ubi conclusio non habet necessitatem, licet quandoque possit, et si non enumerentur, habere veritatem. Quod quidam requirunt. **4.** propositionem ex omni parte affirmativam, adeò ut affirmans continens terminum negantem inhabilis sit, nihil est, ut patet ex hisce verè concludentibus: *Aut es nequam, aut non es. Sed es nequam. E. non non es.* Vel: *Sed non non es nequam. E. es nequam.* Modo legitimè & formaliter contradictoriè aut per novum non tollatur ea pars, quæ tollenda venit, juxta modum procedendi in Tab. descriptum.

Q. 10. An O. propositio negans sit apta ad syll. copulativum? **N.** Negans quidem requiritur, ex qua unum subsumendum & reliquum in conjunctione vel conjunctionem tollendum. Ast non statim omnis negans taliter est comparata, ut ex ea quid sumi possit, v.g. *Non & doctus est & indoctus lapsus.* Tales autem ineptæ sunt ad syllog. copul. Dixi, in conjunctione, ne tollantur disjunctum v.g. *Paulus non & doctus & dives & formosus & Apostolus est. Sed est Apostolus. E. non & doctus & dives &c.* Malè autem disjunctum. *E. Neque doctus, neque &c.*

AXIOMATA ET EFFATA.

- 1.** Tollere est specialiter contradicere. In omni syll. composito, conf. Tab. & q. 9. Sicut in disjunctivo ita. aut homo est rationalis. a. O. animal est brusum. Sed homo est rationalis. E. Non O. animal (malè nullum) est brutum. In copulativo rursus. Non & O. homo est rationalis & O. animal. Sed O. homo est rationalis. E. Non O. animal (malè nullum animal) est rationale.
- 2.** Posito in Syll. Cond. antecedente, ponitur consequens, non contrà. Et remoto consequente, removeatur antecedens. Non contrà. Vnde à positione antecedentis ad positionem consequentis dicitur valere consequentia, non contrà. à positione consequentis &c. Et rursus: A remotione consequentis ad remotionem antecedentis, v.c. non contrà, à remotione antecedentis &c.
- 3.** Disjunctio Syll. disjunctivi semper sit aperta & completa. Aperta ex oppositis. Completa per immediatam oppositionem & sufficientem enumerationem.
- 4.** Remotis (in disjunctione) omnibus usque ad unum, concluditur. Remoto uno, reliqua concluduntur, sed disjunctivè.
- 5.** Syllogismus conditionalis & disjunctivus semper est affirmativus. Copulativus semper negativus.

DISP.

DISP. XX. TABELL. LOG.

DE ARGUMENTATIONE IMPERFECTA.

Argumentatio imperfecta consideratur vel in Generis Vel in specie Generaliter circa eam tenetur possunt Duo.

1. Quid? Est argumentatio, quæ à perfecta & manifesta forma recedit. Sive id fiat ratione excessus & abundantia, ut in Sorite & Dilemmate. Sive ratione defectus, ut in reliquis. Dicuntur tales syllogismi etiam Cryptici, quia manifestam formam occultant.
2. Quosplex? Quintuplex potissimum. Ut Enthymema, Inductio, Exemplum, Sarcas & Dilemma. De quibus ita in Specie.

1. Varias significatio. 1. accipitur latissimè pro omni syll. imperfecto, cui deest aliquid, quod subintelligitur. Quia εὐμένει, ratione vocis, ab έθημένου mente complector, cogito, est animi conceptus, quo propositione non expressa subintelligitur. 2. Strictius pro enthymemate saltu illo, quod ex veris miliibus & signis, ex causis antecedentibus & consequentibus, quatenus in sensu incurrit, concludit. ut hac mulier habet lac E. concepit. 3. Strictè ut hoc in loco, quā significacione etiam Syllogismus monolemmatus dicitur.

2. Definitio. Est Syll. imperfectus, ex una præmissarum festinatio concludens, ut, O. homo est vocatus E. & ego. Furtum est. E. peccatum est. Christus resurrexit E. & nos resurgentemus.

***Festinatio**, i.e. sine mora, sine expectatione plurium, sine additione alterius præmissæ. Neque attendit à similitudine, utrum ex similibus nec ne. Deest a semper aliqua præmissatum, vel major vel minor, ut sequitur. Prior enunciatio dicitur antecedens, posterior consequens; ubi nota, eam, quæ est consequens, quandoque præmittit ratione loci, & eam, quæ anteced. postponi, v.g. Petrus est laudabilis; quia est sapiens. Dicitur est, quia sol lucet. Mulierimulea sunt condonata; quia multum dilexit. In quibus tò quia non semper causam effendi, sed aliquando cognoscendi notat, ut in postremo exemplo ex Luc. VII. 47.

Syllogismi simplicis, ubi forma subest simplex, v.g. O. homo est animal. E. & Petrus, (subintell. Petrus est homo.) vel
3. Diviso. Compositi, ubi forma argumentandi composita concipitur, ut Christus resurrexit E. & nos. Huc pertinent & tales: Qui secat querum, secat arborem E. Quercus est arbor. Qui concipiens independens, concipit Deum, E. Ens independentis est Deus. Subintelligitur, quæ deest, propositione composita, si Christus resurrexit. & nos resurgentemus, & sic in aliis.

4. Perfectio vel reductio. Quando additur propositione, quæ subintelligitur, perfecta habetur forma.

*Quæ deest, facile cognosci potest. In forma composita, deest major. In simplici, major quando prædicatum conclusionis non est in antecedente, minor, quando subjectum desideratur. Exempla sunt facilis.

1. **Definitio.**

In En- thy- me- mate occur- runt inpri- mis qua- tuor.

- I. Definitio. Est Syll. imp. à singularibus a. minus communib[us] progre-
diens ad universale, ut Petrus est vocatus, Paulus est vocatus & sic de
ceteris. E. O. homo est vocatus.
- * Dicitur, a. minus communib[us], quia non semper sunt singularia, possunt
adduci species, ut universale genus inferatur.
- II. In In-
ducione
Duo
1. Perfectio seu reductio, qua sit, additā propositione majori. v.g. Quod-
cunque convenit Petro, Paulo, &c. adeoq[ue] omnibus individuis humanis,
id ipsum convenit homini. Atqui vocatus esse &c. Fundamentum e-
nī inductionis est: Quodcumque singulis unius generis convenit vel
non convenit, id etiam totū & universo eorum generi convenit vel non
convenit.
1. Definitio. Est Syll. imp. progredivs ab uno altero ve singulari ad aliud,
propter illorum similitudinem, ut Absolon rebellis Patri, male perire
E. & ego rebellis peribo. David & Petrus serio p[ro]nitentes justificati sunt
E. & ego p[ro]nitens &c.
- III. In
Exempla
rursus
Duo
- * Dico, propter similitudinem. Hoc enim est fundamentum: Similium
est eadem ratio. A quo autem progrederetur, supponitur notius.
2. Perfectio vel reductio, qua sit attentiō similitudinis argumento recte
applicato, sive deinde fiat ad formam simplicem, sive ad composi-
tam, perinde est, v.g. Quod Absoloni propter rebellionem contigit, & mihi
potest accidere propter eandem, at illi contigit interitus E. vel: Si Ab-
solon propter rebellionem perire, E. & ego propter eandem rationem peri-
bo, atqui prius est. E. Item. Quod David & Petrus serio p[ro]nitentes
imperarunt, illud & ego serio p[ro]nitens imperabo &c.
1. Definitio. Est Syll. constans pluribus propositionibus ita concatenatis,
ut semper prædicatum aut consequens prioris fiat subjectum vel ante-
cedens posterioris propositionis, usq[ue] ultimum prædicatum de primo
subjecto concludatur. v.g. O. homo est animal. O. animal sentit. O. sen-
tientia est vivens. O. vivens est corpus E. O. homo est corpus.
- * capite ā capo cūmulus, acervus, dicitur aliās accumulatio pluriū Syl-
logismorum. 1. Figuræ, sc. aptitudinaliter & reductivè. Fundamentum
ejus est prima reg. antepräd. Quicquid dicitur de predicato &c.
- IV. In
Scripto
Duo.
2. Reductio, qua sit, eum resolvendo in plures syllogismos 1. figuræ, qui
tot erunt, quot propositiones interjacent inter primam & conclusio-
nem, idque hunc in modum: Propos. penultima fit major, conclusio
manet, & minor desumitur ex subjecto penultimæ & conclusionis,
ut in proposito exemplo: O. vivens est corpus. O. homo vivit. E. O. ho-
mo est corpus. Minor hujus est probanda, ergo fit conclusio; probatur
a. per antepenultimam, sc. quia sentit, inde porrò: O. sentiens vivit. O.
homo sentit. E. Minor rursus eodem modo probata, facit hunc syllog.
O. animal sentit. O. homo est animal. (ita propositio omniū prima sem-
per fit ultimi syllogismi minor) E. O. homo sentit.
1. Def-

V. In Di-
tem-
mate Ea-
dem Duo.

1. **Définitio.** Est Syll. i. m. membra disjunctivè posita ita probationibus suis instruens, ut nullum possit ab adversario eligi, quin feriatur & constringatur habetur, ut: a. bene sum locutus, a. male. Si bene, cur verberas me? Se male, ostendendum est. Baptismus Iohannis a. est à Deo, a. ab hominibus. Se à Deo, debetis eum recipere. Si ab hominibus, non debuissetis Iohannem a. Prophetam, magnificere. Ubi notandum, nè disjunctio fiat mediata, ne retorqueri & inverti possit propositio, nè membra probationis pondere destituantur, alias inepta fiunt dilemmata.

* Dicitur Syllog. Cornutus, quia quasi cornibus ferit, Dicitur Crocodilinus, ita dicit, ga Serra &c. locutione simili vel metaphorica. fmei Crocodilus aliquando niger, i. didam filium rapierat, tale pposuisse dilemma;

2. **Reductio.** Quæ sit vel ad Syllogismum compositum, vel ad simplicent. V. g. si dixeris ve, Si sum verberandus, aut ideo sum verberandus, quia bene sum locutus, aut rūm reddam, quia malē sum locutus. Ast ex neutra causa. E. plane non sum verberandus. tibi filius illa Alterum ita simpliciter reducere possumus: respondit Non Quicunque respondebit qua- reddas. ē. red renti Christo, unde sit Iohannis baptismus? dicet, vel à Deo vel ab hominibus de ga var fuisse. Ast Pharisai neutrum dicere possunt. E. Neq; respondere possunt. Ego. dixi. in

2. 2.

Q. 1. An Enthymema sit Syllogismus? Si Syllogismus latè accipitur pro argumentatione vel discursu illativo, A. Sin strictè, prout definitur oratio ex positivis quibusdam illativa, N. conf. Scheibl p. 746. tratt. Syll. XIII. & Goelen. part. 4. Mise. pag. 155. Ena. syklop. Notis. Idem judicamus de inductione & exemplo, quia & ibi est à notioribus ad ignota illativa progressio, quæ sine discursu institui non potest. conf. Finck, Sched. 2. p. 345. & 346. & Lippius prob. p. 160.

Q. 2. An Enthymema syll. simplicis possit ad omnes figuræ reduci? B. Enthymema syll. compositi reducitur ad formam compositam. Syllogismi a. simplicis ad formam simplicem, potissimum quidem & convenientissime in 1. Fig. quia non nisi in rebus manifestis, & ubi forma argumentandi subintelligitur evidens, adhibetur enthymema. Omnidè autem non posse vel debere ad reliquias figuræ reduci, negamus. Quid enim prohibebit ita reducere? Petrus abnegavit Christum E. Quidam vid. eosd. Conimbr. 509. Finck. 339. Apostolus abnegavit Christum. Per suppositionem minoris. Petrus est Apostolus, vel ad secundam Fig. hoc modo. Equus non est risibilis E. non est homo. Si addatur major. O. homo est risibilis. confer Conimbr. p. 403. 404. Quanquam ipsorum præceptis non indigeamus. Pro Scheckio negativæ patrocinanti differit Finck. Sched. 2. p. 336.

Q. 3. An Enthymema gignat scientiam? N. Quia scientia requirit perfectum & evidenter discursum, cui nulla præmissarum deesse potest. vid. eosd. Conimbr. 509. Finck. 339.

Q. 4. An Sorites sit syllogismus imperfectus? A. Quia ille solus dicitur formaliter perfectus, qui in certa figura & modo formatur. conf. disput. XVI. Licet itaque secundum regulas constructus habeat vim probandi, non tamen id sit dicto debito modo, ubi simul de forma argumentandi sumus certiores.

Q. 5. An detur Sorites Syllogismi compositi? A. Sed minus usitatus & rarius contin-

gens. Quod si contingit, erit quoque ex affirmativis & dicto modo reducibilis. Talis est: *Si homo audit, sentit, si homo sentit, est animal. Si homo est animal, est corpus.* E. *si homo audit, est corpus.* *Penultima etiam sit major, subjectum penultime prædicatum de subjecto conclusionis sit minor, inde, manente conclusione, Syllogismus 1. perfectus hic erit: Si homo est animal, est corpus. Si homo audit, est animal. E. si homo audit, est corpus.* Minor probatur: *Si homo sentit, est animal. Si homo audit, sentit. E. Si homo audit, est animal.* Finck. 2. 334. *Löber de syll. comp. in fine.*

Q. 6. An in Sorite omnes præmissæ requirantur universales & affirmantes? R. 1. *Omnes requiruntur affirmantes, excepta ultimâ quæ potest esse negans, ultima enim statim in resolutione fit major illius conclusionis, quæ in 1. Fig. non sicut minor, & talis major potest esse negans. Reliquæ a. propositiones sunt in resolutione majores non conclusionis cuiuscunq[ue], sed semper earum, quæ in antegresso syllogismo. 1. figuræ fuerant minores, ad coquæ affirmantium conclusionum, minor enim in 1. Fig. non potest esse negans. Alias breviter, quia quando alia, præter ultimam, præmissarum fuerit negans, ex veris potest sequi falsum, quod à posteriori certum iudicium est malæ formæ.* R. 2. *Omnes præmissæ sunt universales, excepta primâ, quæ potest esse particularis. Nota. quando a. præcessit propositione vel negans, ut non omnes sint affirmantes, vel particularis, ut non omnes sint universales, conclusio imitatur & hic debilior est: v.g. Q. animal est doctum. O doctum est homo. O homo est bipes. E. Q. animal (non, omne) est bipes.* Præter hæc requisita, observandum est, nè connexio confundatur, ut in una propositione sit fortuita & per accidens, in altera essentialis & per se, ubi ex veris sequitur falso, v. g. *Ex Ebrietate nascuntur mali mores. Ex malis moribus oriuntur bona leges. Ex bonis legibus salus reipublicæ.* E. *ex Ebrietate oritur reip. salus.* Vel: *Qui bene bibit, bene dormit. Q. bene dormit, non peccat. Qui non peccat, Deo est acceptus.* E. *Q. bene bibit, est Deo acceptus.*

Q. 7. An Dilemma sit argumentatio perfecta & compleetus syllogismus vel Conditionalis vel Disjunctivus? N. Non est 1. argumentatio perfecta in certa figura & modo, certa enim ratione abundat, dum addit pro syllogismos & probationes membrorum disjunctivæ positorum. Certa rursus deficit è constiuta argumentandi forma, ad quam supplendam aliquid addendum. 2. Non est in specie Syll. disjunctivus, qui ita comparatus, ut non utramque tollat, sed semper alterum tollit, alterum concludit & V. V. Sed dilemma neutrum patitur assumiri. 3. Non est Syll. Conditionalis, quia dilemma proponitur absque propositione conditionali, ut in T. visum. Ita & hoc est comparatum: *Aut electi possunt servare legem, a. improbi. Si electi, non sunt infirmi. Si improbi, non sunt mali.* E. nulli. Proponi quidem potest sub perfecta forma, vel syll. conditionalis, vel simplicis, ast id non est dilemmati essentiale. Distinguimus nos inter ipsius dilemma & dilemmatis formationem syllogisticam. EFFATA ET AXIOMATA.

2. Enthymema frequens solum est in rebus manifestis.
2. Inductio fundatur in omnium partium enumeratione. Sive tacitè sive explicitè ea fiat.
3. Exemplum à quo (procedimus) & ad quod, in uno convenienter testio. *Quod proinde plus populi obtinet ad persuadendum, quam ad necessitandum.*
4. Sorites gaudet universalibus & affirmativis.
5. Dilemma constat ex immediate disjunctis, & reversionis est incapax.

DISP.

DE SYLLOG.DEMONSTRATIVO.

- I. Quid sit Syllogismus demonstrativus?* R. Est Syllogismus patiens scientiam. Vel, qui constat ex principiis veris, primis & immediatis, notioribus & causis conclusionis, ut: *O. grave tendit deorsum. O. ferrum est grave, E. O. ferrum tendit deorsum.* Ubi jam scio ferrum ideo tendere deorsum, quia est grave.
- **Duplex haec est descriptio. Prior ab effectu, qui est scientia. Altera à conditione præmissarum. Ubi observa:*
- I. Scientia* est cognitio rei per causam, adeoque non est quæcunque, sed certa, infallibilis & evidens cognitio, quæ tria requirit. 1. *subjectum* certum de quo. 2. *causam* vel principium *per quod.* & 3. *Affectionem* vel prædicatum circa quod demonstratio instituitur. Atque hinc quoque certa intelligitur 1. ratione obiecti, quod requiritur ens reale, unum, per se, necessarium & immutabile. 2. ratione subjecti cognoscentis, ut cognoscens certò cognoscat. 3. ratione fundamenti, ut ipsa notitia per causam certa & infallibilis sit, quæ certitudo in primis requiritur. Nam ut evidens sit, requiritur, distincta & perspicua per & propter causam seu rationem infallibilem, ita ut non sufficiat autoritas dicentis vel alia causa saltem probabilis, aut moralis juxta regulas prudentiae adhibita. Dico causam seu rationem, quia non semper requiritur causa rigorosè dicta efficiens vel finalis, sed quæcunque ratio alia adæquata, satisfaciens quæstionis, cur sit? Ut Dei infinitas probatur per independentiam.
- 2. Conditiones præmissarum seu principiorum sunt tales.* 1. requiruntur *vere,* falsæ enim præmissæ non possunt evidenter demonstrare, cur res ita sese habent. 2. *prima & immediate,* i.e. indemonstrabiles, ut nunc per aliud medium non sint adhuc probandæ: E. licet alignando simpliciter & in se demonstrari possint, nunc tamen pro indemonstrabilibus habentur, & dicuntur primæ virtualiter. 3. *notiores & priores,* à quibus dependet conclusionis certitudo, & quidem non solum nobis priores & notiores, quod in omni syllogismo occurrit, sed & in naturâ & in se, secundum naturæ ordinem. 4. *causa* sunt conclusionis, non solum cognoscendi, sicut aliâs in O. syllogismo, sed & essendi. In hoc sunt cognoscendi. *O. doctum est discipline capax. Philosophus est doctus E.* In sequenti verò essendi, *Quicquid est extensum, illud est divisibile. Corpus est extensum E.* Tales in demonstratione requiruntur præmissæ, ut sciri possit conclusionem esse necessariam ex necessariis.
- II. Quot sint uice necessitatis gradus, quiq; ex illis gradibus maximè in demonstratione requiratur?* Tres sunt gradus.
- Primus est & natus de omni,* ubi prædicatum omni subjecto & semper convenit. i.e. Non inest in aliquo saltem & in aliquo non, sed in omni, neque aliquando non, verum semper, ut: *homo est animal. Animal est coloratum.*
- Secundus gradus est & natus per se,* in quo prædicatum omni subjecto, semper & per se convenit.

1. in quo prædicatum est de essentia vel definitione subjecti, sicut prædicatur genus & differentia de specie, ut: homo est animal, est rationalis, substantia, corpus &c.

2. in quo subjectum est de definitione vel essentia prædicati, sicut prædicatur proprium de subjecto suo, cuius mentione definitur propriu. Ut: homo est capax disciplina, risibilis. Ita excluditur omnis prædicatio accidentalis quinti prædicabilis, qui utrique huic modo opponitur & per accidens dicitur.

3. ubi prædicatum dicitur per se existere de subjecto, ut: homo est. Qui tamen modus non est aptus ad demonstrationem, sed ob æquivationem tollendam adduci solet. Accidens, cum ei existentia per se non conveniat, sed existere in alio, vel esse in subjecto, dicitur per accidens existere, non per se.

4. ubi de causa prædicatur effectus necessarius, ut: jugulatus interit. Qui opponitur iste modus, quo de causa prædicatur effectus contingens, ut: deambulans interit, vel fodens agrum invenit thesaurum. Potest hic modus ad secundum reduci, ut ex causativo fiat demonstrativus.

Tertius gradus est καθ' ἔλε πρῶτον, universaliter primum, cùm prædicatum inest subjecto omni, semper, per se & quatenus ipsum, adeoque reciprocè, ut: homo est capax doctrina, animal est sentiens, corpus naturale est mobile &c.

* Hic tertius gradus, qui reliquos duos includit, solet in demonstratione perfectissima & evidenter requiri, ita ut præmissæ necessariæ in tali demonstratione semper sint convertibilis.

1. τέ διότι, Demonstratio propter quid & à priori, ubi propria affectio de subjecto demonstratur per proximam causam, ut: O. rationale est risibile, (vel, docile) O. homo est rationalis. E. O. homo est risibilis, (vel docilis.)

* Hæc potissimum intelligitur, quando simpliciter de demonstratione sermo est, vocatur quoque demonstratio potissima. Et sicut in omni syllogismo tres termini occurunt, ita quoque in hoc. Affidio demonstranda est terminus major. Subjectum, de quo aliquid demonstratur, est terminus minor. Causa vel principium est terminus medius.

2. τέ διότι, Demonstratio quod vel quia, à posteriori vel secundaria est, quando ex effectu necessariò demonstratur causa, ut: ex risibilitate rationalitas, ex respiratione pulmo in animali. Vel, etiam ex negatione causa remota infertur negatio effectus, ut: negatō animali, negatur respiratione.

* Quando ex hac demonstratione illa desumitur & infertur, vocatur regressus. Qui tamen non est circulus, ut seq.

IV. Effectus & fructus, qui sunt scientia, definitio & divisio. De primo supra. Sequitur secundum, scil.

1. Definitio, quæ est Oratio explicans quid res sit. Res ipsa, quæ definitus dicitur definitus, explicatio autem definitio.

Nominis

Sunt e-
jusmodi

4.

III.
*Quatuor
plex. &
Bz. Dz.
plex.
Vel*

Kv Kd Cxv

Nominis, quæ nomen declarat ejusq; acceptiōnem vel significationem.
Consul est qui consulit. Eclipsis est defectus vel deliquium.

est vel	vel Rei, quæ rem ipsā exponit	Essentia- lis eaque rursus vel	Physica, quæ datur per materiam & formam, ut homo est quid compositum ex corpore & anima.
			Metaphysica sive Logica, quæ est ex genere & differentia, ut homo est animal rationale. De hac dicitur. O definitio constet genere & differentia specifica. Sed è strarissima.
			Acciden- talis, quæ dicitur. Est vel
			Causalis, quæ datur per causam externam, ut homo est animal creatum ad vitam eternam. vel
Tertium est Divisio, ubi	Quo- en- plex? Rei, p. Est vel	pro- tri- plici toto vel	Non causalis, quæ dicitur à proprio vel communibus accidentibus, ut homo est animal risibile, bipes, in- plume &c.
			1. <i>Quid?</i> R. Est Oratio, quā totum dividitur in partes. <i>Res, quæ dividuntur, dicitur divisum, partes membra dividentia.</i>
			<i>Nominis, quæ distinctio solet dici, ubi nomen secundum diversas significationes distinguitur, ut canis est animal vel fidus cœlestis homo vel verus vel pictus &c.</i>
			Totius essentialis quā totum esse entale dividitur, sive in partes essentiales Physicas, ut pote materiam & for- mam, ut homo in corpus & animam. Sive in Metaphy- sicas, quæ sunt genus & differentia, ut hominis alia pars est animal, alia rationale. vel
Tertius est Divisio, ubi	Quo- en- plex? Rei, p. Est vel	vel Totius in- tegralis quæ est propriè & perse.	Totius integratis quā totum integrale dividitur in par- tes integrantes, ut hominis alia pars est caput, alia ven- ter, alia collum, alia brachium &c.
			Generis in species, vel in differentias, ut ani- malium aliud est homo, aliud bestia. Aliud rationale, aliud irrationale.
			Deinde per accidentes:
			1. Accidentis in subjecta, ut alborum aliud est homo, aliud paries, aliud cygnus &c. 2. Subjecti in accidentia, ut hominum aliis sunt probi, alii improbi. 3. Accidentis in accidentia, ut dulcium aliud album, aliud nigrum, aliud flavum &c.

Q UÆSTIONES.

Q. An in omni demonstratione requiratur præcognitio subjecti? R. 1. Subiectum non
est demonstrandum, sive id sit totale, sive partiale. Horne 481. sed supponitur, non
quidem actu existens semper, sed saltem possibile. Cum Scoro, Javello, Conimbr. &c.
Er. d' Abr. p. 132. Cörn. 201. & aliis. Contrarium placet Cajerano, Toleto, Horneio

p. 483. Neque 2. semper & ubique absolute cognoscendum, quid sit rei seu quæ sit ejus essentia, datur enim demonstratio ab effectu, datur per causam externam, ubi talis cognitione non requiritur. Requiritur autem in demonstratione perfectissima Aristotelica, ubi medium seu principium desumitur ex ipsa subjecti natura & definitione. Fr. d' Abr. 133. Corn. 201.

Q. 2. An in omni demonstrat. requirantur propos. reciproce, universaliter prima & in tertio necess gradus? Aff. quoad demonstr. perfectissimam. Neg. loquendo de demonstratione quacunque. Hæc enim argumentatio vocatur demonstratio. O. quod sentit, vivit. Q. homo sentit. E. Et nulla præmissa est reciproca.

Q. 3. An affectio demonstranda semper sit accidentalis proprietas subjecti? N. Nam 1. attributa Dei & affectiones entis. 2. quando de luna demonstratur eclypsis, quæ non est luna proprium, contrarium docent.

Q. 4. An demonstratio possit esse de rebus singularibus, contingentibus & corruptibilibus? D. In rigore sumendo demonstrationem juxta requisita Arist. pro evidentissima & perfectissima, notoriè negatur. Si v. quæcumque sufficere potest. Aff.

Q. 5. An medium demonstrationis possit ex omni causarum genere desumi? An vero ex solius cause externæ? R. Aff. post. Equidem è quatuor causarum generibus medium demonstrationis desumi potest, sicut è Philosophum explicant 2. Post. c. II. Philosophus, Themistius & alii. Ita tamen ut causæ internæ non qua tales, sed quā rationem habent causæ externæ, mediæ vel causæ demonstratiæ teneant locum. Affectio n. demonstrabilis non habet causam formalem, sed ipsa potius est forma subjecti lui: Et materia illius subjectum est, quod est terminus minor in demonstratione, non medius: Proinde forma assumta ut causa demonstrabilium proprietatum, non ut forma sed ut est illatum vera efficiens, consideratur. Idem de materia dicendum. vid. Excell. Ebel. Comp. in h. I. p. 235. Corn. 214. d' Abr. 138.

Q. 6. An detur in demonstratione circulus? Non datur formalis, ubi idem per idem vi- cissim probatur. Datur materialis seu regressus. In circulo sunt duo syllogismi ratiōnē. In Regressu, unus est ratiōnē, alter ratiōnē. Illic omne medium usurpatur ut causa essendi, hic alterum medium, in 1. Syllogismo, verè est effectus & usurpatur ut medium cognoscendi.

AXIOMATA & EFFATA.

1. Demonstratio & scientia est rerum aeternarum. 2. Scientia non est contingentium. In actu exercito, est tamen in actu signato. Non est contingentium, scil. quæ sunt casualia, fortuita, & quæ raro sunt, quæ sunt contingencia ratione causa. 3. Scientia non est singularium. 1. actu exercito. 2. im- mediata & per se. 3. quæ corruptibilia sunt. 4. Entis per accidens nullae est scientia. 1. in actu exer-

Cartes. gloria d. cito. 2. ejus quod est per aggregationem & ut est multum. 5. Quinis definitio datur per clariora, cit. princ. phil. notiora, indeque definitum vitiosè ingreditur definitionem. 6. Omnis definitio sit adiquata & re- part. 1. §. 10. reciproca. 7. In definitione nihil redundat, nihil deficit. 8. Sola species substantialis definitur. Defini- tione essentiali & strictissimè dicta. 9. Verba definitionis actualia intelliguntur apertitudinaliter. Non solum & semper aetualiter. 10. Definition, essentialis & propriissimè dicta, non sit ex negati- vis. Sunt tamen negantes ferendæ. 11. Divisionis membra sunt 1. verè opposita, 2. adiquata, (ut ex- hauriant divisionem) 3. positiva (acutrum negativum) 4. deviso non contraria, 5. quoddlibet minus, eis obsecranda reddi. cit. 2. tez. M. in libello, cui titulus: Lax Philosopho p. 97 98. DISP.

vid. gloria s. notata s. in postrem. pag.
8. Sei TARTOS ἐπον βῆτεν, Non vnu vñ qvenda s. definitiones. Arist. citante
ulrico Hubero, ioh. Franckev. in Ozat. De Padantissimo. Vid. Ecl. Hor. I. p. 1065. 114.

DE SYLLOGISMO TOPICO.

I. *Nomen.* Syll. Topicus dicitur ἐν τῷ τόπῳ à loco, quia medium suum sumit ex locis. Dicitur Dialecticus ἐν τῷ Διαλέγεσθαι, quod est in utramque partem probabiliter differere.

II. *Definitio.* Syll. Top. est Syllog. partiens opinionem. Vel, qui ex Principiis communibus & probabilibus infert conclusionem probabilem, *O. mater diligit filium, Hec est mea mater E.*

**Communia principia sunt, quæ communiter sunt recepta & in variis disciplinis usurpari solent. Probabilia, quæ non sunt evidenter rationis, quanquam post diligens examen vera iudicentur, vel omnibus vel pluribus vel saltem sapientioribus, ita ut & oppositum possit formidari, qualia sunt: veritas odium parit: Causa est nobilior suo effectu &c. Quæ dicuntur Gr. ἔρδοζα, Paradoxa, a. sunt, quæ à communi opinione & probabilitate recedunt, imo contra & præter omnia assensum afferuntur, quale, Nix est nigra. Contradictoria simul possunt esse vera. Deus non est Deus amplius.*

III. *Loco-* *Maxima*, quæ est ipsa propositio probabilis & regula, quæ ad probandum assumitur, ut *Genus est primus species. Notatio convenit nota-*
rum con-
sideratio-
vel in ge-
nere, ubi
alius di-
citur. *Causa est prior effectu, &c.*
Alius Differentia maxima, quæ est maximarum sedes & receptacu-
*lum, ut *Genus, Causa &c.**

1. *Generis.* ex quo est i. Negato genere, sive ratione existentia sive praedi-
 cationis, negantur omnes species. Et V. V. negatis omnibus, non
 una saltem, speciebus &c. Si non est animal, neq; homo neq; bestia est.

2. *Posito genere ponitur species, non certa sed vel hec vel illa:* Et
 V. V. Positâ specie &c..

2. *Species,* unde præcipue: Quicquid ratione rei substrata universaliter affirmatur vel negatur de specie, id affirmatur vel negatur de quolibet individuo. Idem dici potest & solet de genere in ordine ad speciem, ut *O. homo est rationalis E. & Petrus N. animal est lapis. E. nec homo.*

3. *Differentia, ut:* Cui convenit vel non convenit differentia essentia-
 lis & propria, ei convenit vel non convenit res ipsa, ut *Petrus est ra-*
 tionalis E. est homo.

4. *Proprietate, ut:* Posito proprio ponitur res ipsa, eq; sublatu tollitur.

5. *Accidentis, ut:* Accidens de subiecto in predicatione propria & rea-
 cta, prædicatur in concreto & contingenter.

6. *Definitionis, ut:* Cui convenit verè, propriè & secundum omnia;
 vel non convenit definitio, eidem & convenit vel non convenit
 definitum, ut *lapis non est rationalis. E. non est homo.*

7. *Divisionis*

7. *Divisionis*, ut: 1. Cui convenit divisum, ei convenit aliquid mem-
brum dividentium, *ut est animal E. vel homo vel bestia.* 2. Cui tri-
buitur unum membrum dividentium, ei adimitur alterum, cui o-
mnia adimitur, et adimitur & ipsum divisum, *ut est homo. E. non*
est bestia. 3. Affirmato diviso & negatis omnibus membris usq; ad
unum, concluditur, *ut estens & non substantia. E. accidens.*

1. *Notationis*, quæ est vocis interpretatio, *ut homo dicatur ab humo, consu-*
lè consuendo patria. Unde est maxima: Cui convenit notatio,
vera & adiquata, ei convenit notatum. Et quod affirmatur vel ne-
gatur de notatione, affirmatur vel negatur de re notata, *ut est testa-*
tio mentis E. testamentū. Testatio mentis est laudāda. E. & testamentū.

2. *Conjugatorum*. Cui unum conjugatorū per se & formaliter tribuitur
vel adimitur, eidem tribuitur vel adimitur alterum, modo tamen
tribuendi apto & convenienti, *ut est justus E. justè agit. Sed non, vi-*
num est calidum. E. in eo est calor, quia rō calidum vino effectivē
attribuitur, non formaliter.

II. Gram-
matici,
ut

III. Me-
taphysici,
ut sunt

- | | |
|---|--|
| <p>In ge-
nere,</p> <p>five</p> <p>Ratio</p> <p>ne</p> <p>Cau-
se</p> <p>five</p> <p>Ratio</p> <p>ne</p> <p>effe-
ctu,</p> <p>rum</p> <p>Tum</p> <p>in spe-
cie</p> | <p>Ut 1. Positā causā, in actu causandi proximā, ponitur
effectus proximus, <i>ut Architectus actu adificat. E.</i>
<i>eades actu significantur.</i> 2. Negatā causā, negatur ef-
fectus, <i>vel in fieri vel in facto esse, ut: Nullus est Pa-</i>
<i>ter. E. Neg, filius generari potest.</i> 3. Nihil est causa
sui ipsius (positiva) <i>ut neg, leo se leonem, neg, homo</i>
<i>se ipsum hominem facit.</i> 4. Causa est (naturā non
tempore) prior effectu (secundūm esse absolu-
tum) <i>ut ignis est prior calore, architectus adificio.</i></p> <p>1. Effectus supponit causam, <i>vel esse vel adfuisse.</i> 2.
Effectus non est toto genere, secundūm id quod à
causa dependet, deterior luā causā, ita filius non est
deterior patre.</p> <p>1. Efficientis, <i>ut 1. Qualis causa univoca, talis est effec-</i>
<i>tus scil. in essentialibas & secundūm esse per se, ut</i>
<i>quia pater est homo, etiā filius est homo. 2. Quod quis</i>
<i>per alium facit, ipse fecisse putatur, ut David, per</i>
<i>Iacobum interficiens Uriam, homicida dicitur. 3. Pro-</i>
<i>pter quod tanquam causam adiquatam, totalem</i>
<i>& per se, unumquodq; tale est illud (si tamen utri-
que tribui potest) magis tale est, ut aqua est calida</i>
<i>propter ignem, E. ignis magis est calidus.</i></p> <p>2. Materia unde: Sublata materia, ex qua res compo-
nitur, tollitur effectus, non autem positā materiā
ponitur, <i>ut sublato corio tollitur calcem.</i></p> |
|---|--|

3. For-

3. *Forma*, unde (1) forma nobilior dat nobilis esse, & quanto nobilis dat esse, tanto ipsa est nobilior ut anima nostra humana dans esse rationale, est nobilior formâ bestiæ, quæ dat sentire, vel forma plantæ, quæ dat vivere. (2) forma dat esse rei & rem à re distinguit, ut anima rationalis constituit hominem & distinguit eum à bestiâ. (3) formâ in actu positâ ponit effectus, eaq; sublatâ, tollitur. *Ubi est anima humana, ibi est homo.* &c.

4. *Finis*. Unde. *Qui vult finem, voluntate ordinatâ & efficaci. vult quoq; media per se ad finem ordinata.* *Qui vult eruditionem vult quoque laborens.* 2. Cessante fine principali, eové completere acquisito, cessat omnis actio propter eum finem, ut sanitas acquisita cessat medicina usus. 3. Cujus finis est bonus, (& media paria) id ipsum est bonum, & contrà, disputationis finis est bonus. E. & ipsa disputatione. 4. Actiones distinguuntur finibus, Patrie tridentis Filium bonus est, sed non Iuda prodente.

1. Subjectum est prius adjuncto, homo prior albedine, doctrinâ &c.

2. Posito subjecto proprio, ponit adjunctum, & sublatâ eo, tollitur naturaliter adjunctum, ut posito homine ponit risibilitas, eoque negato, negatur.

2. Subiecti & adjuncti 3. Subjectum non recipit per modum imprimentis, sed per modum receptitatis suæ, ut, non caput discipulus, quantum docet praeceptor, sed quantum ipse potest intelligere & tenere.

1. Posito vel remoto antecedente, ponit vel removetur consequens, & V. V. Iudai non habent sceptrum, E. venit Messias. Sole est ortus. E. dies est, & sol non est ortus. E. dies non est.

3. Antecedentium & subsequentium 2. Ex circumstantiis. Quales sunt circumstantiae, talem esse rem ipsam, quæ circumstant, verisimile est, ut multum versatur cum furibus. E. fur est, multum cum Iudeis. E. Iudeus. Noscitur enim ex socio.

4. Totius & partium unde 1. Omne totum, vel essentiale vel integrale, quantitate virtutis majus est qualibet sui parte secundum sumitatem, (integrale etiam quantitate molis) ut homo major est capite, brachio &c.

2. Posito toto, ponuntur omnes partes & V. V. Sed non sublatâ, tolluntur omnes partes, nisi relativè & ut tales sunt, ut posito corpore, ponuntur caput, venter, pedes &c.

3. Quicquid dicitur de toto, essentiiali, integrali & universaliter, dicitur etiam de parte & V. V. vel simpliciter vel secundum illam partem, ut homo est substantia. E. & corpus, corpus est visibile. E. & homo.

1. Quod valet vel non valet in uno similiū, id valet vel non valet in altero, ut David laudatur ob paenitentiam. E. & alius paenitens.

5. Comparatorum similiū & dissimil. 2. De dissimilibus est dissimile judicium, ut studiosus diligens colit praeceptores, E. negligens non colit.

3. Si id non est, quod esse magis verisimile erat, etiam illud non erit, quod esse minus verisimile erat, & contrà. Si id est, quod minus verisimile est, etiam id erit, quod magis verisimile est. Si scit Theologianam, sciret Grammaticam, si nescit Logicam, nescit Theologiam.

1. Positō uno oppositorum, removetur alterum, ut homo est sānus
E. non ager.
 2. Opposita juxta se posita, magis elucentur, ut ex vīto cogito
clarūs elucentur, quid sit virtus.
 3. Contrariorum contraria sunt consequentia, ut virtus est lan-
danda E. vitium vituperandum.
 4. A privatione Logica & totali non datur naturaliter regressus im-
mediatus ad eundem numero habitum, ut homo mortuus non po-
test naturaliter reviviscere.
 5. Privatio Logica præsupponit habitum, nemo potest privari divi-
tis, nisi habeat.
 6. Disparatum de disparato prædicari nequit, naturaliter & sub-
stantiæ, ut homo non potest dici equus.

Artificialis est *Testimonium*, quod est dictum aliquod cum autoritate conju-
ctum. Est vel *divinum*, à quo ducuntur argumenta firma, sive affirmativa sive
negativa sese illud habeat, ut Deus dixit, se omnium salutem serio expetere E.
experit. Dixit peccatum se non velle. E. non vult.

Vel *humannum*, à quo ducuntur argumenta infirma. Et occurunt talia: *Cuius*
in arte sua credendum est: *Testimonium publicum prævalet privato*. Imò, *Quod*
vel omnes vel plures, sapientes in primis, dicunt ab eo temere non est recedendum.
Pluris est testis oculatus unus, quam auris decens. *Omnis testis sit fide dignus &*
à suspicione liber. *Illi majorem habent fidem, quorum non interest mentiri*. &c.

IV. *Effectus*, qui est *opinio*, generaliter soli scientia contradistincta, prout ipsam fidē
includit; Aliás opinio fidei contradistincta nititur ratione & fides autoritate.

TABELLA ULTIMA.

DE SYLLOGISMO SOPHISTICO:

1. Ετυμολογία. Sophisticus dicitur à σοφίᾳ, quod antiquitus erat sapien-
ter loqui aut agere, nunc autem est cavillati & decipere. Sicut olim
quidem in bonam partem accipiebatur vox Sophista, & apud Indos
Philosophi dicebantur Gymnophisti, & apud Persas, qui sapien-
tes erant, Magi, unde & apud LXX. Magi à Pharabne contra Mosen
adhibiti, dicuntur σοφισται. Exod. VII.11. Nunc autem in malam partem
pro delatore, deceptore, impostore, mendace &c.
2. Συναντίμα, syllogismus sophisticus dicitur etiam ἐξικός, contentiousus,
fallax, simpliciter ἀλεγχός, subintellige autem, σοφιστός, item tentatis
vus παραπάνος.
3. Ομαντίμα. Accipitur vel strictius pro syllogismo falso ex probabilitibus
vel conclusionem inferente apparenter probabilem. Vel latè, prout
ψευδογράφους includit, quod alias apparenter scientificam infert
conclusionem, sicut ille syllogismus φαῦλος αφορᾷ, opponitur demonstra-
tiōnēs.

II. Quid?

II. *Quid?* & *Est* syllogismus sub specie veri decipiens, ut, *quod corpus peperit in cruce manducatur in cena sed palpabile peperit.* E.

*In omni fallacia duo occurunt. 1. apparentia causa, ut habeat speciem veri, 2. ipsa fallacia vel defectus, cuius ratione argumentatio tanquam invalida rejicitur.

1. *O puerula*, fallacia equivocationis, ubi ex voce equivocata accepta oritur fallacia, ut *O finis (causalis) est bonum quid Mors est finis (extremum)*. E. vel, *Mala (poma) sunt ex arborebus, vita sunt mala.* E. Huc pertinent diversa suppositionis genera.

2. *Aμφισσα*, fallacia amphibolie, ubi ex ambigua & dubia phrasib[us] ambiguè accepta, oritur fallacia, ut, *Qui moriuntur, sunt Domini, R. i 4. servi moriuntur.* E. Huc pertinent omnes ambiguae & ambidextræ locutiones.

3. *Σύρθεσις*, Fall. compositionis, quando proceditur à malè compositis & componuntur dividenda, ut, *Duo & tria sunt paria & imparia. Duo & tria sunt quinq[ue].* E.

4. *Διάποσις*, F. divisionis, quando proceditur à male divisis & dividuntur conjungenda, ut, *Qui vivit semper, immutabilis est. Leo vivit. E. semper immutabilis est.* Huc refer, quando sensus compositus confunditur cum diviso, ut, *possibile est hominem ambulare (diviso sensu) Q. homo sedet. E. poss. sedentem ambulare. (sensu composito.)*

5. *Προσανά*, F. accentus, quando ex diversitate pronunciationis aut scriptio[n]is, aliav[er]e vocis proprietate confusa, oritur fallacia, ut si pro λέπορες dicas λέπορες, pro αράχαια, equus pro aqua &c.

6. *Σχῆμα λέξεως*, F. figura dictio[n]is, quando fallacia oritur ex male intellecta vocum similitudine, quo ad proprietates vel Grammaticas vel Logicas, explicitas aut implicitas, ut *Fons est gen. Mæst. E. & frons. Secare est actio E. & vapuare. Quod ego sum (ratione qualitatum vel officii) id in non es. Ast ego sum homo (ratione substantia) E. tu non es. sed tu es homo. Quod corpus fuit crucifixum (ratione substantia) id accipis in confessione d. cœna, ast corpus visibile (ratione qualitatis) &c. E.*

7. *Παρότροφησίς* F. accidentis, cum rei tribuitur per se, quod per accidentem ei convenit, ut, *Soladoratur E. Deus est. Veritas odium patit. E. in lignis vitanda. Vinum insanos reddit. E. malum est.* Huc pertinent omnia quæ per accidentem eveniunt, & sumuntur per se evenisse, ut pote: *Lex occidit, Evangelium bellam moveat, Philosophia decipit &c.*

8. *Παρότροφησίς λεγμάτων*, F. à dicto secundum quid addictum simpliciter, quando simpliciter & absolute accipitur, quod intelligendum est secundum quid, ut, *Bona opera non sunt necessaria ad salutem. E. non sunt necessaria. Angeli te custodiunt in viis tuis. E. te custodiunt si te de surri precipitum. Christus est homo factus. E. est factus.*

9. *Παρότροφησίς ἀλέγχυστου*, F. ignoracionis clenchi, quando pro contradictorio habetur, quod non est contradictorium, vel, quando statu[m] contro-

controversia negligitur & opponitur id, quod non negatur, unde & fallacia ēπογήτησις & ἀρχή τηρεύσων, dicitur, ut, calum tegit omnia. E. seipsum. Scriptura est in rebus fidei perspicua. E. ubiq. & in vaticinis.

4. Παρεγγέλματα της ἀρχῆς λαμβάνεται. F. petitionis principiū, quando idem probatur per idem, obscurum per æquè obscurum, dubium & controversum per æquè dubium aut magis tale, ut, mundus est eternus, quia non habet principium. Pontifici Romano est credendum, quia est judex infallibilis. Vocatus ἀδοκεγέλα, coccysmus, nugatio, Circulus, pro diversitate exemplorum.

5. Παρεγγέλματα της εἰδουλης, F. consequentis, seu connexionis oppositorū cum consecutio dicitur reciprocā, quæ talis non est, ut, mala opera damnant. E. bona salvant. Sola fides justificat. E. charitatis opera sunt pernicioſa.

6. Παρεγγέλματα της αὐτοῦ της αὐτοῦ, F. non causa ut causa, ubi falsitas conclusionis causæ tribuitur, quæ non est, tribuitur huic præmissæ vel propositioni, quæ non est causa, ut peccatum est necessarium, quia ex eo eluescit gloria & potentia D. E. Pallet. E. studet. Erubuit E. mentitur. Habet multos libros. E. est doctus.

7. Παρεγγέλματα της πλευρᾶς της εἰδουλης, F. plurim quæſtionum, cum ad plures quæſtiones tanquam ad unam, exiguntur una responsio, ut, an desisti mœchari? An hic canis est pater & iunior? An Deus & sancti sunt invocandi? &c.

1. Per inficiationem, cum vel ambas præmissas, vel alteram, negamus & rejicimus, petendo ejus probationem.

2. Per distinctionem & limitationem, quando ambiguas phrases & propositiones ostendimus, & limitationem majori (non minori) appendimus, sub qua negamus minorem.

3. Per instantiam, quando universalitatem propositionis infringimus per singularem, adeoque absurditatem propositionis universaliter acceptæ monstramus in exemplo. Quæ bona est & legitima responsio.

4. Per concessionem, quando totum argumentum concedimus & dimittitatis, tanquam nobis non inimicum aut contrarium, unde semper status controversiae ob oculos est ponendus.

5. Per inversionem, quando argumentum contra nos allatum retorquetur in adversarium, dicitur etiam βίαιοι, violentum, sive se jugulare gladio, sic herus retorquetbat Luc. 19, quando servus minam offerebat, ut acceptaret, tentabat se excusare, quod sive herum esse austерum, & accipere, quod non posuerit, dicens, quia scivisti me esse austерum, debuisses diligenter negotiari & lucrari.

Specialis, quando speciatim haec vel illa fallaciæ species ostenditur & dolus detegitur, vel ostendendo abiguitatē, vel distinguendo confusa & sicut quævis fallaciæ metet solvi atque superari.

FINIS



vel extra
ditionē
in rebus
ipsis, ut

Gene
ralis
qui
com
mu
niter
qui
tu
plex
adfer
tur.

vel

IV. Mo
dus falla
ciam sol
vendi.
Est vel

Specialis

Cartesius neque Logiam esse utilem ad veritatem investigandam, hinc p̄ter illa q̄ no-
tavi supra p. 6. m. scribit in Epist. Autoris ** Logica opam dare debet / veri-
tatem investigating: s̄ illi q̄ in Scholis docet: Ea p̄. si p̄prie logiamur, o nisi dia-
lectica idem ē, q̄ modum docet, ea, q̄ jam scimus, alius exponendi, aut m. de iis, q̄
negamus, nullum sine iudicio logiendi, q̄ pacto bonam mentem magis corrumperet
qm̄ auget. cit. D. Henr. Atty in Lata Philosophorū p. 97.

Eodem modo ante Cartesium scripsit Helmont. in tract. de Morib. §. 4. his p̄bis:
Statui itaq̄ anteq̄m scriberem invocare Logicen, it p̄ suas mihi definitiones morbo
q̄ eāas demonstraret. Sed ad meas acclamātōes m. in os eis factas, sūrda fuit p̄s,
p̄uit, nil audivit, multa magis, nec minimum juvit me miserum. Vid. id. p. 98.

Rhegenus in Specimine Logice Alteſianae cap. 20. §. 7. p. 395. dicit.
iudicium, seu, idem mentis opacem ē actum voluntatis, et d. id plurimi
stendunt, illudq; Perceptionem n̄ ē illud; agens, v. voluntatis.
id. loc. cit. §. 37. sc̄ibit: Quis errat, bis, id ita dicam, errat; dum et ab ipsius
rei veritate recedit, et oppositi p̄suasione scripta decipit, p̄suadens sibi, iudicium
in a se formatū ē rei forme, dum p̄ter opinionem eidem existit difor-
me.

Nominis tribus Kockermannus Logice et Metaphysicae quod lib. I. Syst.
theol. c. 4. p. 58. Secū lucem Spiritus. S. p̄ duas illas plane diuinās discipli-
nas, Metaphysicam et Logicam, in mentibus hominum vult accendere. cit.
Sheazer. in Exeg. A. C. p. 79. Danach. Hodom. Calv. Phant. I. p. 49.

Als im 16^{ten} ſeculo Vitus Vinzenius von Melanchthon in ſeiner professione
Logices zu Wittenberg ſchiedete, ließ er ſich liber von der p̄fation als
Tor, obgleich er fürr mehrere Jahre, jährlich, et bijs propoedē inſtitutas faci-
ziförmen zu vollführen. Diese Hoffnung entzündet grünendiglich ſeine p̄dizenden Tugende
und ein factum heroicum Vorzeiget, und Vinzenzus Gedanken als ein ſe-
ſer Alter immer lebendig zu halten, auf ſeine obhutung für einen ſt. geblieben
geblieben. Da Gott ihm nun ſolches in den gründen ein verloren geblieben
wollt, mißt dieß ein ewigwirksame geworden; pedanterie geprägt
worden könnte. thomas. Enn. p̄. 91.

Pator in Lat. Graec. in voc. οκύος ita scribit: in Magistro imprimis
q̄z notitia Grammatica et Logica: quā illa clavis ē verborū, h̄o
vero ipsarū rerū.

Quisnam idoneus Logicas auditor? Gottlieb Gerhard titulus in sua
Le cogitandi Cap. I. §. 33. seqq. p. 13. seqq. hoc de re ita: Quia etiam
artem cogitandi excolere fieri sic quicunque potest? Poterat illa ceteris as-
plinis viis operanda videri, cum mentem ad res recte circuendas dis-
ponat, q[ua]ntum in vulgariter recepta videtur, dum in scholis trivialibus, et ad
hanc exponit, puerilis, admodum pueri vel adolescentes Logican doce-
Sed ista sententia ab aliis institutione nesciunt punde videntur absurdum, ac si impo-
tess saltare doceas, antequam illi proprio marte incedere queant.
Sicut Logica est puerilis, sed mentem firmatam rerum cognitionem
aliquam subducere possiponit. Quare potius istas puerilis cognitiones
linguare, aliarumq[ue] rerum in sensu incurrentium et memoriam co-
fiderantur imbuenda est. Postquam vero iudiciorum maturescere es-
tit, hinc pceptis Logicas ad disciplinas serio magis excolendas, illas
uneparandum est. Hec obstat quod sine administrando cogitandi est re-
deco cogitemus. Nam uali vi mens humana res Cipit. Cogitationis
suis agentibus, licet ratiocinem, non ita faciat, ut illigat, quod in aliis
puerili sufficit, immo sufficere debet, cum eadem subtletioris scien-
ti in seipsam reflexe et sic capax.

ppig in finior differentiation Non sive dico ut quisque secundum brancif. Ling.
et in p. 597. Do subtilis Syllogismos magis, sive dico sive in uadillo
et in 77.

mitte fortissimi mago, der Gotts däte oder Catherine, Großer Gotts eines
gromedes mann. Er ist gedaucht gegen den golden unterwanden. Dieser Gott,
sich er und Kadode spionov. Der mago däte meint, der Gott sage,
dass sol den Bruder. Die Brüder den Bruder. Re fragt, ob
er Lyatus solle? Der sagt, er führt da gesagt, für solle den Bruder Joh.
20. 23. v. 48. n. 74.

anti: Et apostol postea dico quælibet, syllogismi cornuti, Cetero
litteres, quidditates, identitates, realitates, cogitates, ipselates, und an-
no ergo libri manusburritates usq[ue] erfundos. Martinus in Ro-
mischen Ritus dorch part. b. cap. 5. pag. 228.
Otto Friesinger ist selber der Ratgeber Conrad III. Grafen von Brandenburg, fuit die Logi-
cam aristotelicam zum erstenmal in Deutschland verhandelt.

Christian Wolf, Mathem. Prof. P. O. in Hall, editit Logica sub hoc
Title: Vomming Niga Predication von den Kräften des menschlichen
Verstandes, n: summe richtig gebraucht in Constantijs. 1713. erweitert, den
Treibaboren der ersten seit mitgetheilt a 1713. 8. 13. Log. 1.
Haec vehementer commendat in Actis Eruditior Lippes. Tom. 9. p. 790. i. p. 1
mis cap. 10. cuius argumentum: utio man Von Dreyfus refutatur soll. cap. 11. utio
man Dreyfus refutatur mit unigen Log. soll. cap. 12. Von Erklärung d. g.
Dreyfus. cap. 13. utio magna cum überzeugen. cap. 14. utio modus cum
etiodicolog. cap. 15. utio modus distinctionis soll. Tandem addunt Cen-
sores: utio subin den Fall dreyfus im gleichlängt brüfe mit flugt
mit Kriegs-Brüder abet, dann utio dem Log. eum regredier me-
ror. dreyfus und sollt dreyfus in Kriegs- n: zu Log. utio Seifert singt
refut, d' utio seifert, dreyfus Grundzüglichste Factor reicher gungs als
Cartesius, Coke, Malebranche, Schopenhauer.

judicium cyprianum Anonymi de Logica vid. in Excerpt. Homil. pag. 1169. in med.

111, 6

